PETRI ROSATI

CARMINA




AVGVSTAE TAVRINORVM
EX OFFICINA SALESIANA
AN. MDCCCLXXXVII.

PETRI ROSATI

CARMINA



AVGVSTAE TAVRINORVM
EX OFFICINA SALESIANA
AN. MDCCCLXXXVII.


HARVARD COLLEGE
SEP 6 1928
LIBRARY



PETRUS ROSATI

FRANCISCO SALESIO CANOBBIO

AMICISSIMO SUO

S. P. D.



Decimus annus est, humanissime Canobbi, cum Dominicus Mongiardinius, vir desideratissimus, qui eodem tempore, quo ego politiores litteras tradebam, Aloisiano Bononiensi Collegio praeerat, auctor mihi, nihil tale cogitanti, fuit ut ad latinos versus scribendos animum adiungerem. Studio potius obsequendi voluntati suavissimi viri, quam ut ad aliquam praestantiam me pervenire posse confiderem, parui. Nunc iterum tu qui Albertini huius Collegii, ubi humaniores litteras docere pergo, magna cum laude moderator existis, meas esse aliquid ratus nugas, latina carmina quae vel solatii causa vel quoties incidit occasio hactenus exaravi, in unum librum collecta vulgem etiam atque etiam hortaris. Do manus, hac lege ut ea, qualiacumque sunt, tibi qui semper mei studiosus fuisti a me grati animi causa dicari patiaris. Equidem si quid in eis reperies quod inter tot pro iuventute bonis artibus excolenda susceptos suscipiendosque labores animum tuum relevare interdum valeat, nihil antiquius mihi contingere poterit. Vale.

Montecalerio in Subalpinis.

KAL. JAN. A. MDCCCLXXXVII.

ORNITHOGONIA.

Alitibus quae cura domi sit rite creandis,
Quos dulces liquido modulantes gutture voces
Mittit Atlanteo seclusa Canaria ponto,
Dicere fert animus: levium spectacula rerum
In promptu, at non quae capitur levis inde voluptas,
Dulcia naturae si quem miracula tangunt:
Me, fateor, blando iuvat indulgere labori.

L'ORNITOGONIA
o
Le razze de' canarini.

Come produr dimestici gli alati
Venuti a noi dalle Canarie, chiuse
Dal mar d'Atlante, che sì dolci note
San modular con la flessibil gola,
M'è grato ragionar: di lievi cose
A dir m'accingo, ma non lieve altrui
Diletto ne verrà, se pur natura
Di sue gioconde maraviglie alcuno
Alletti: io con amore, lo confesso,
A sì blanda fatica or mi sobbarco.

Vere legenda avibus sedes: me iudice, parva
Apta domus; sit cella super quae culmine totis
Emineat tectis, orienti obnoxia soli,
Quam novus eoo rediens de litore lustret
Luce sua Phoebus, foribusque immissus apricis
Exsiccet, foveatque lares; ubi largior aether,
Unde virescentes pateat prospectus in agros.
Retia cumprimis patulis memor adde fenestris,
Qua pergratus, ubi ferventior ingruit aestus,
Ventus eat redeatque, avibus solatia fessis.
Tali intus thalamo suspende cubilia circum,
Vimineas pulchro disponens ordine capsas,
Ostiola obiiciant radiis quae lucis hiantes,
Gossipii possint ubi texere stamine nidos.

Al Canarin convien di primavera
Sceglier la stanza; a mio consiglio acconcia
Una celletta fia, cui della casa
Ai tetti col comignol sovrastante
Esposta ai rai del Sol che nasce, il nuovo
Febo al tornar dal balzo d'oriente
Entro meando pei forami aprici
Avvivi di sua luce, e scaldi, e asciughi;
Ov'aprasi più largo l'orizzonte,
Ed in verdi campagne il guardo spazi.
Con reti in pria le patule finestre
Chiudi sì che sollazzo ai lassi augelli
Gradito fiato v'entri e n'esca, allora
Che più ferve l'ardore. Entro sospendi
Intorno a tale albergo i covi, e in bella
Forma disponi le viminee ceste,
Che le dischiuse porticine al lume
Raggiante abbian rivolte, ove potranno
Tesser di stame di cotone i nidi.

Caedere fas etiam, medioque locare recessu
Arboreos ramos, hinc plurima fiscina pendens
Excipiet fetas maturo tempore matres.
Praeterea passim internecte sedilia virga
Populea vel arundinea, quo impune volantes
Perfugio valeant placidae indulgere quieti,
Rivalisque iras et rostra evadere acuta.
Adde breves vel cannabino cum semine lintres,
Quod magis exoptant, milii vel grana, salubris
In media lymphae nec desint pocula sede.
His actis, clausas caveis iam solvere tempus
Atque novis tandem volucres immittere tectis,
Cum intermissa diu pertentat flamma medullas,
Et parvos iterum notus calor occupat artus.

Arborei rami anco troncar potrai
E locar nel bel mezzo, onde fiscelle
Pendan, che un giorno gravide le madri
Accoglieranno. Indi cannucce stendi,
O di pioppo verghette, ove sicuri
Poggiando eludan del rival l'acuto
Rostro e il furore, o a placida quiete
Pieghino il collo. Aggiungi o pieni truogoli
Di canapuccia, che più loro aggrada,
O granelli di miglio, e guardi il mezzo
Colmi vaselli di salubre linfa.
Fornita ch' avrai l' opra, è tempo omai,
Poichè il calor dopo sì lunga tregua
Ricerca le midolle, e il noto foco
Commove già le picciolette membra,
Di sprigionar dai claustri i chiusi augei,
E lasciarli a vagar nel nuovo tetto.

Una erit aut duplex uni bene nupta marito
Horna fere: validas labor impendendus at omnis
Matres, atque animis calidos exquirere patres.
Optima forma patris, nixus qui corpore longis
Cruribus assurgit; tenui cervice rotundus
Emineat vertex costis cohibere nitentes
Assueto plumas, atque aures vincere cantu,
Nulla quies membris, partes se verset in omnes.
Sed quis cuique color, namque hinc praestantia prolis,
Inspicere intererit: maculosum respue corpus,
Informes cui terga notae vel pectora foedant,
Deterior glaucus, gilvus spernendus et albus;
Inter aves croceus passer pulcherrimus omnes,

Una un marito o due consorti s'abbia,
Basta d'un anno, ed ogni studio poni
A sceglier madri valide, e focoso
Padre d'ottime forme: a lunghe gambe
Affidi il corpo, e tondo surga il capo
Sul sottil collo; strignere alle coste
Uso le piume rilucenti, ed uso
Con forte canto lacerar gli orecchi.
Non abbia membro ch'egli tenga fermo
E in tutte parti volgasî. Por mente
Anche al colore fia mestieri, quinci
Il valor della prole: un ch'abbia il corpo
Maculato rigetta, o cui deformi
Note bruttino il tergo o il petto; il verde
È da meno, peggiore il gilbo e il bianco.
Il più bel Canarino è il croceo, vago

Sulphurea insignis pluma, quo saepe colore
Sole micat propiore, genas suffusa rubentes
Lutea Tithoni remeans aurora cubili.
Hic meret aera parens, hoc creti sanguine pulli
Plumarumque decus referent, animumque parentum.
Si vero aurato distinctus colla monili,
Quamvis caeruleus toto sit corpore, vel si
Flavus membra, virens sit tantum vertice et alis,
Non mihi displiceat, vivum modo cetera sulphur.
    Non tamen Oceani patriis gens accola silvis
His sparsos vidit volitare coloribus unquam;
Gilvus ubique, magis pennas et tergora fuscus,

Per sulfureo colore, a quel simile
Che a l'appressar del sol veste l'aurora,
Quando dal letto di Titone uscita
In rance muta le vermiglie gote.
Questi ha gran pregio, e di siffatto sangue
Concetti i figli delle piume il vanto
E il cor del padre avran. Che se il bel collo,
Benchè cerulo il corpo, abbia d'aurato
Monile adorno, o se fulve le membra
Verdi abbia l'ale e il capo, io rigettarlo
Non oserò, sol che di vivo solfo
Il corpo in tutto il resto si colori.
  Mai non di manco per le patrie selve
Augelli sparti di sì vaghe tinte
Non vide svollazzar l'abitatore
Dell'Oceàno. Il gilbo, a cui piuttosto
Fosche son l'ali e il tergo, e semiverde
Il petto e i fianchi, in ogni terra aleggia.

0

PETRI ROSATI

CARMINA



AVGVSTAE TAVRINORVM
EX OFFICINA SALESIANA
AN. MDCCCLXXXVII.

Et prensare manu, caveisque includere gaudent.
Postquam escis exempta fames, depulsus et omnis
Corde pavor, rediit fessis ubi pristina virtus,
Iam mulcere aures liquido modulamine, iamque
Pertentare animos, regum meruisse favorem,
Hospita et assiduo resonare palatia cantu.
Hinc honor alitibus venit, sic orta cupido
Propagare genus, sobolemque augere canoram,
Coniugiis favisse novis; avis advena nupsit
Indigenae, mixto quae surgit sanguine proles,
Sensim degenerat primos oblita colores;
Mox ubi iam didicit peregrinum ducere coelum,
Tempore visa Italis crocea flavescere pluma.

E nelle gabbie imprigionarli. E poscia
Che fur d'esca satolli, ed ogni tema
Ebber deposta, come prima ai lassi
Tornò la lena, modular sì dolci
Gorgheggi, che ne fur l'alme commosse.
Ne fur presi anco i Regi, e gli ospitali
Palagi risonar d' assiduo canto.
Così venner gli alati in fama, e quinci
Nacque la brama d'arricchir con nuovi
Felici imeni la canora stirpe.
Al peregrino uccel fu disposato
Il natio del paese, e di tal misto
Sangue concetti i figli, il primitivo
Color cangiaro, e come al nuovo cielo
Lo stranio s'adusò, l'Italia vide
Le verdi piume tramutarsi in rance.

Nunc age, ubi genus aligerum Venus alma fatigat,
Ire iuvat, tempus iam operosa revisere tecta.
Nonne audis qualis fertur concentus ad auras
Mane novo, cum sole domus tepefacta renidet?
Miscentur mariumque melos matrumque susurrus,
Quas studio gestire vides contexere nidos
Certatim, paleasque leves, et stupea rostro
Stamina, tum molles plumas et vellera ferro
Gossipii: mora nulla, petit modo onusta cubile,
Stansque opere in medio circum sese ipsa volutat,
Quo formam strata accipiant, blandisque mariti
Femina poscit opem illecebris; modo desilit inde,

Or colà, dove la famiglia alata
Pronuba fiamma accende, ire è giocondo
A rivedere gli operosi alberghi.
Non odi qual concento in sul mattino,
Allor che il sole intepidendo alluma
La casarella, al ciel s'estolle? Misto
Dei maschi alla melode è il susurrio
Delle madri festanti, affaccendate
A costrur nidi, o a gareggiar col rostro
In portar lievi paglie, o molli piume,
Stami di stoppa, o di cotone bioccoli.
Non restan mai, ed ora al proprio nido
Vola ciascuna, e in mezzo accovacciata
Sè intorno a sè volge e rivolge, forma
Onde acquistin gli strati, e all'opra invita
Con lascive carezze il fido sposo;
Quando ratta partirsi, e con assiduo
Lavor gire e tornar la vedi, al covo

Itque reditque viam, paleis nova fila labore
Aggerat assiduo, donec coma pendula nidi
Ante fores prostet, tuto quo tramite possit
Indice, crediderim, ad dulces remeare penates.
Interea vario requierunt tecta tumultu;
Cuncta silent, mater positis demum incubat ovis:
Quina, quaterna parit, nidoque immobilis haerens
Ter quinos fovet illa dies: ea sola voluptas,
Oblita et reliquas, ipsius et immemor escae.
Nec segnem torpere tamen natura maritum
Haec inter patitur, stimulis ast acribus urget
Dulcem ferre cibum, et sponsae meminisse fidelis.
Postquam ergo ingluviem dapibus complevit opimis,
Sollicitus petit ille toros, ac more vomentis

Nuove paglie arrecando, insin che veggia
Del nido all'uscio pesola una chioma
Che sicura la scorga al dolce nido,
Se al ver m'appongo. E già s'acqueta il tetto
Dal vario cinguettar, tace, e la madre
Preme alfin le deposte uova. Sgravarsi
Di quattro o cinque, e immobile posata
Al nido poscia riscaldarle suole
Quindici dì, sol di ciò gode, ogni altra
Cura obliando, e fin lo stesso cibo.
Non sì lo sposo, a cui poltrir natura
Non consente, e a membrar la fida sposa
E a recar la dolc'esca con acuti
Stimoli il punge. Ed ei poichè d'opime
Dapi ripieno ha il gozzo, a lei veloce
Riede, ed il becco unendo al becco, quale

Admovet os ori, velut oscula mollia libans,
Ingerit et rapido gratissima pabula nisu.
Excipit ore viri coniux, et gaudia pandit
Alarum plausu tremulo, lenique susurro.
Avolat ille procul, ramoque innixus amicae
Solatur longum cantu gliscente laborem.
At si forte nothos crocea de matre creandi
Cura tibi, genera alituum vix cetera possis
Flectere servitio, vetitisque iugare hymenaeis:
Namque licet nido a teneris detraxeris, acrem
Non unquam abiicient animum, aut mansuescere discent.
Haud tamen indocilis, nomen cui carduus asper
Imposuit, volucris (dixere acalanthida Graii,

Chi rece suole, o qual chi mollemente
Baci liba, con rapido v'infonde
Sforzo il gradito pasto. Ella l'accoglie
Dalla diletta bocca, e il gaudio, l'ale
Tremolando, gli pande con leggiero
Susurro. Indi ei lontan vola, e poggiando
Sovra una frasca, con crescente canto
Il lavor lungo dell' amica alleggia.
Ma se di madre crocea ti piace
Aver prole bastarda, a stento d'altri
Augei giovarti tu potrai, stringendo
Vietati nodi, che non mai l'antica
Salvatichezza smetteran, quand' anche
Piccini ai nidi gl' involassi, e mai
Non potrai mansuefarli. Un solo uccello
Docile v'ha, cui l'aspro cardo il nome
Diè, (dalle spine lo nomaro i Greci

Spinea quod cupido pascatur semina rostro)
Purpureo insignis capite et flaventibus alis.
Hunc pete, ramorum per summa cacumina nidum
Vestigans multo ante oculis, cum Sirius herbas
Torret, pomiferum vel cum caput erigit arvis
Autumnus, nam sera adeo fetura moratur.
Corpore ubi primas cernes inolescere plumas,
Progeniemque domum parvam, cunabula necnon
Ipsa refer, musco et molli lanugine texta,
Solarique ovo esuriem ne desine pingui,
Intrudens calamo teneras inhiantibus escas.
Denique cum primum affuerit iam firmior aetas,
Vernantem secerne marem, quem pinea saepe
Nux alat ubertim, e digitis labiisve minutal

Perchè ne pasce avido i semi) bello
Pel porporino capo, e per le fulve
Penne. Fa di cercarne per l'estreme
Cime assai pria, dove suol porlo, il nido
Nella stagione, che Sirio dissecca
L'erbe, o quando nei campi il capo aderge
Ricco di poma autunno, chè cotanto
Tarda l'ultima cova. E come prima
In piuma li vedrai, la nidiata
Col nido togli, che di musco è intesto
E di molle lanugine, e li ciba
Di tuorli d'uovo, in lor bocchine il molle
Pasto con penna introducendo. Allora
Come adulti saran, vegeto il maschio
Eleggi, che pinocchi in copia pasca,
Sforzandosi dai labbri e dalle dita

Acri pergratum conantem vellere morsu.
Hac vidi arte modis volucres mansuescere miris;
Cultu hoc non hominum strepitus, non ora pavescunt,
Non captae metuere capi, quin carcere missae
Nec fugiunt (adeo nucleos amor urget edendi)
Atque sequi, atque humeris gaudent sedisse magistri.
Hunc tu felici sponsae sociare maritum
Contende et validum generosa prole parentem.
Septis in solis claudunt, iam tempore verno
Exacto, caveamque locus seclusus ab omni
Arcet conspectu, mutuam quo pectore flammam
Concipiant citius: nihilo minus ante iugandum
Claustra propinqua locant claustris adversa seorsum,

Carpir col rostro il bocconcel gradito.
Con tal'arte vid' io mirabilmente
Mansueti gli augei crescer, sì destri
L'aspetto uman, nè lo schiamazzo tema
Cagiona ad essi, nè paventan presi
La mano che li stringe, e, tanto puote
Dei pinocchi il desio, che scarcerati
Non fuggon, ma seguir godon del mastro
I passi, o sopra l'omero posarsi.
A felice consorte un tal marito,
Futuro genitor d'eletta prole,
D'unir procura; e poi che l'iémale
Rigor cessò, solinghi imprigionati
In gabbie, chiuse in segregato loco
Sien posti, onde più presto amor l'invogli.
Pria d'aggiogarli non di manco i chiostri
Vicino devi l'un di contra all'altro
Locar, perchè la femina lusinghi

Dispar ferre iugum ut discant, captetque videndo
Femina paulatim, et cupiant consortia tecta.
Carceris optato liber iam tempore vinclis
Immodico furit igne calens. Heu! tum male pennis
Ova tori consors rostro defendet ab unco,
Tanta lubido ferum incessit terebrare putamen.
Hoc metuens, nidum observa, nec parce labori;
Nunc redeunte die, nunc decedente revises,
Nec prius absistas, quam quae demiserit ova
Curva quaeque legas cochlea, servesque reposta,
Fetura sistente aderit dum subdere tempus.
Sed tum tolle marem, soloque in carcere quamvis
Invitus degat, sublato iure nocendi.

Di sua vista lo sposo, ed ambo sperti
Del dissimile imen, la conjugale
Vita anelino. Allor giunto il bramato
Tempo, liber dai lacci infuria caldo
D'immoderata fiamma. Indarno ahi! tenta
Dal becco acuto del marito l'uova
Salvar con l'ali la consorte, tanta
Foga lo spinge a traforarne il guscio.
Onde ciò non avvenga il nido guarda,
Non ti gravi fatica, a rivederlo
Va quando sorge e quando cade il giorno;
Nè restar pria ch'abbi in riposta parte
Serbate l'uova, che con curvo ordigno
Raccogliesti, finchè non giunga il tempo
Di riscaldarle. Allor togli il marito
E stretto se ne stia benchè cruccioso
In solinga prigion, mentre la madre

Interea fecunda fovens ea semina pulchram
Excludet mater prolem, mirata colorem
Subrubeum capitis, teretes et corporis artus,
Mirata et pleno promentes gutture vocem.
Iamque optata dies venit, tenuissimus alto
Auditur gemitus thalamo: pueri atque puellae
Scandunt visendi studio, perque omnia capsae
Spiramenta avidos certant immittere ocellos,
Pulsat corda tremor. Tum vero excita repente
Mater abit, pullusque recens implumis ab ovo
Exiguo totus consurgit corpore, et alte
Osculo hiat roseo, tremebundaque colla fatigat:
Purpureus ceu mane novo caput exserit arvis

Sicura dai suoi schermi, i fecondati
Germi covando, bella prole schiuda
Maravigliando del rossigno capo,
De le tornite membra e de la voce
Che a piena gola manda fuor dal petto.
E già sen venne il disiato giorno:
Dal nido un pigolio s'ode uscir fuora
Sottilissimo; ascendono anelanti
Fanciulli e donzellette, e delle ceste
Nelle fessure per veder gli occhiuzzi
Tentan ficcare avidamente. In questa
Della madre al volar s'erge dal guscio
Il nuovo implume, ed agitando il collo
Apre la rosea bocca, a simiglianza
Di vermiglio fiorel, che in sul mattino

Flosculus, aurorae recreat quem roscidus imber.
Raptim laeti abeunt, resonant clamoribus aedes:
Gentis, io, spes orta novae! tum agit anxia primas
Cura parare dapes, similamque atque intuba quaerunt,
Miscueruntque ovi madido cum pane vitellum.
Haud mora, festino repetunt aviaria gressu:
Dona gerunt, paterisque locant obsonia plenis.
Inde referre pedem, et foribus post terga recessus
Occlusis, tacito subsistere limine furtim,
Rimarique novum per aperta foramina ludum.
Tum vero optatis avium volat undique nidis
Circumfusa cohors, epulasque obsidere certant
Matres atque viri; dein mixta ubi guttura pulte

Levi dal prato rugiadoso il capo.
Lieti tosto sen vanno, e la magione
Di schiamazzo risuona. Evviva, evviva
Nato è il rampollo della nuova gente!
Poi dansi briga d'apparar le prime
Dapi; col semolino la scheruola,
E misto a tuorlo d'uovo umido pane
Cercan. Veloci all'uccelliera il passo
Volgon senza ristar, recando seco
In piene tazze il nutrimento. Poscia,
Ritratto il piè, dopo le chiuse porte
Sul limitar s'acquattano furtivi
Tacitamente, per goder del nuovo
Ludo dagli spiragli. E d'ogni parte
L' alata schiera già dai disiati
Nidi volando, e genitrici e padri
Pugnan per l'esca. Indi ripieno il gozzo

Implerunt, natis praebent alimenta tenellis,
Et rostra alternis iungunt contraria rostris:
Fit sonitus, tectumque levi strepit omne susurro.
Hoc opus exercet volucres, ea cura lacessit;
Tantus amor prolis! quoties ast irritus omnis
Effusus labor, ut diri contagia morbi
Pullitiem misere neci, stragemque dedere
Infandam! Ecce domus natis viduata tenellis
Squalet, iam nidis pullus non amplius altis
Pipilat; incassum revolant, et pabula ferre
Femina virque gemens, plumaque fovere laborant.
Mollibus intereunt stratis, quae sordida foedat
Illuvies: haec sed leti dant signa propinqui.

Di tal cibrëo ai tenerelli nati
Dann'alimento, l'uno all'altro in bocca
Con vario schiamazzar ponendo il rostro:
D'un lieve susurrio strepe il ridotto.
Tali del Canarin sono i lavori,
Tali le cure; tanto in esso puote
Della prole l'amor! Ma oh! quante volte
Vana l'opra tornar suole, se morbo
Appiccaticcio la covata a morte
Danna, compiendo miseranda strage.
Dei tenerelli aspetti ecco la casa
Vedova piange, nè il pulcin più s'ode
Dagli alti nidi pigolare; indarno
Gementi i genitor volano, il cibo
A lui recando, o di lor penne ad esso
Facendo scudo. Sovra i molli strati
Lordati bruttamente ei muore; l'unghie

Instante exitio pallor mox inficit ungues
Informis, roseus nec iam rubor enitet ore,
Contrahitur cervix, solvuntur frigore membra,
Et distincta nigris turgescunt viscera venis.
Huic morbo tepido medicantur lacte, sed artis
Plerumque inventum sequitur spes nulla salutis.
Nec tantum implumes, fetus sed gentis adultos
Pertentat scabies; respergitur ulcere corpus
Turpiter, et virus subit exitiale medullas.
Quod nisi palladium properes adhibere liquorem,
Balsamaque, heu certae videas occumbere morti!
Quin et dira manent ipsas incommoda matres
Saepius: aut illas feturae tempore torquet
Ova labor parere, immiti quo funere vitam

Della vicina morte apportatrice
Copre la pallidezza, e si scolora
La rosea bocca, il collo aggrinza, il gelo
Solve le membra, e gonfiasi solcata
Da negre vene l'epa. A cotal morbo
Tiepido latte arrecar suol medela,
Ma nulla speme di salvezza allieta
L'arte assai spesso. Nè soltanto implumi
Ma adulti ancor la scabbia li tormenta:
Piagato il corpo turpemente, l'ossa
Entra il mortal veneno, e se lor tosto
Di Pallade il liquor tu non appresti,
O il balsamo, morran. Spesso le madri
Il crudel morbo assale, o le travaglia
Quando depongon l'uova, assai fatica

Interdum linquunt, oleo ni forte salubri
Expedias partum, et saevum lenire dolorem
Principio institerit medicata ter unguine pluma;
Paulatim aut carpit macies, teterrima pestis,
Qua deprensae ullae vix convaluere volucres.
Pennas immodice crispant, adstringitur alvus
Interea, ut nisu frustra depellere iniquo
Possit onus, nullo non tempore pectus anhelum
Crebra salit, moestos febris labor arctat ocellos.
Nec tamen invalidas vescendi insana cupido
Linquit, quin etiam ad praesepia plena sedentes
Grana vorant, sed mox ubi fastidire saporem
Incipiunt, late dispergunt semina rostro.

Durando, e se d'olio salubre il parto
Non agevoli, e leni il dolor fiero
Sul cominciare, ugnendole con piuma
Olïata, fien spente. A poco a poco
Dimagransi talora, orribil lue
Onde a stento guarir potrà taluna.
Più dell'usato increspansi le piume,
Mentre l'alvo si strigne, ed a fatica
Ponno il ventre alleviare, il petto anelo
Ognor balza frequente, e i mesti occhiuzzi
Affatica la febbre. E non di manco
Benchè infiacchiti, mai l'insana voglia
Non langue in lor di manicare, e ai pieni
Truoghi posati a divorar granelli,
Come tosto lor torna ingrato il gusto,
Di qua di là spargon col rostro i semi.

Quod ne laeta malum pervadat septa cavere
Profuerit multo ante: igitur non beta saluber
Corporibus gravibus, non sacchara, et aerea lymphis
Bractea mersa nocet, non albo sepia cornu
Parietibus suspensa: magis sed pabula refert
Mutari (auxilium quo non praesentius ullum);
Et cum prima luis languor dat signa futurae,
Ne pigeat gratum lactucae apponere semen,
Seminibusque herbas sapidis praebere recentes.
Gramineum genus est, quo nullum optabile semen
Est mage pennigeris, centunculus (1) herba, comantes
Late extenta solo ramos, chelasque sequaces:

(1) Centunculus... *Alsine Pucinella* Ital. *centocchio, centonchio, gallinella, pizzagallina, erba piperina, orecchio di topo.* — Napol. *Morviglino.* — Franc. *Mouron.* — Ted. *Miere.* — Oland. *Muur.*

Perchè il lieto ricetto il mal non turbi
Gioverà pria guardarsi, e sì la bieta
Salubre al corpo grave, e sì nell' onda
Immersa laminetta, o della seppia
Il candid' osso alla parete appeso,
Od il zucchero approda; assai più monta
Spesso il pasto cangiar (nullo di questo
Miglior rimedio v'ha); ma come prima
Annunziator della vicina peste
Il languore verrà, non esser tardo
Ad appor loro di lattuga, o delle
Recenti erbette i saporosi semi.
Fra le gramigne una ve n'ha, di cui
Ai pennuti niun seme è più gradito;
Centocchio ha nome, che i chiomati rami
Largamente nel suol spande, e le branche
Stende all'intorno; in le umidicce terre

Plurima sponte venit terris feliciter udis.
Maximus huius amor, sapit haec modo mattea tantum
Posthabitis aliis, florem rimantur, et ipsis
Vescuntur foliis, texuntque e cespite nidos.
Hanc tu carpe manu (crassis exuberat hortis),
Hanc aegrae pascant, hanc largiter ingere septis.
Sed quibus indiciis, ubi tandem adoleverit aetas,
Noscere femineam possis prolemque virilem,
Accipe: deterior vulgo femella colore
Fertur, parva caput brevior cum corpore cervix
Olli, crura simul, faciesque simillima matri,
Splendidior cui pluma sedet sub pectore pictae
More fabae, saturaeque nitent per tempora guttae.
Cumque minurire incipiunt, si abrumpere suevit

Cresce spontanea, rigogliosa. D'essa
Son disiosi, chè cotanto è ghiotta,
Che lasciando l'altr'erbe, delle foglie,
Pasciuto il fior, si cibano, e del cespo
Tessonsi il nido. Tu svelli tal pianta
Dai pingui orti ove abbonda, ed in gran copia
Entro ai recinti, all'egre cibo, spargi.
Ma a quali segni tu distinguer possa
La femmina dal maschio, allor che adulti
Sien fatti, or' io t'insegnerò. Volgare
È fama che la femmina men bella
Tinta colori; picciola la testa,
Più corto ha il corpo e il collo, e parimente
Le gambe, simigliante nell'aspetto
Alla sua genitrice, e cui più chiare
O splendere nel petto a mo' dipinta
Fava le piume, ovver di maculose
Note le tempia varïar vedrai.
Che se quando la voce incolta al canto

Vix ubi prima rudis movit tentamina cantus,
Femina erit. Maribus pulcherrima forma, venustus
Fulget in ore decor, patrisque simillima membra,
Et cum iuge canunt, horrescunt gutture plumae.
Quo magis auditur vocum increbrescere murmur,
Altius attollunt cantum, sonat ictibus aether,
Et vox obtunsas stridens diverberat aures.
Hos mores natura dedit, tamen arte colendi
Flectere, et assiduo poteris mollire labore
A teneris; imitantur enim si quem organa suavem
Ediderint sonitum, vel carmina grata loquaces
Ingeminent variae volucres, fringilla, acalanthis,
Et ligurinus, et ipsa querens philomela sub umbra.

Scioglie, le prime prove ad ora ad ora
Interrompe, sicuro indizio fia
Ch' ella è femina. In vista il maschio fulge
Di venustà, assai belle ha le forme,
E al padre similissime le membra.
Allor ch' apre la gola alla continua
Canzon, del collo increspansi le piume.
Ove più forte il patassio s'ascolta,
Alto ei risponde; il ciel s'empie di bussi,
E delle voci lo stridore assorda
Gli orecchi. Tal costume ha lor natura
Dato, cui tuttavia piegar potrai
Con l'arte, ed ammollir fin dai primi anni
Con assiduo lavor; chè il dolce suono
Dell' organino imitar sanno, e il grato
Carme dei vari garruli augelletti
Cardellino, fringuello e lucherino
E filomena, che lamenta al rezzo.

Idcirco has sedes vates dixisse beatas
Crediderim, queis nomen aves fecere canorae,
(Namque canum vulgo perhibent de nomine dictas)
Aethera quod resonant cantu, passimque volantes
Inter odoratos lucos, loca murmure complent
Laeto felices volucres, animasque piorum
Vita defunctas mira dulcedine mulcent.
Flumina ego quid amem, silvas sepesque quid optem
Propter aquas, ubi dulcisono modulamine pernox
Lenit avis pectus? Mi tempus in omne placebit
Aemula lusciniae, caveis quam dulce canendo
Fortia solantem studia, ingenuosque labores
Mittit Atlanteo semota Canaria ponto.

Forse ai soggiorni, che felici i vati
Chiamaro un dì, da tai canori augelli
Il nome venne (benchè fama è ch'essi
Così dai cani fossero nomati);
Chè ognor di canto l'aer suona, ognora
Volan gli augei per l'odorate selve,
E di lieti gorgheggi il loco tutto
Empion beati, e l'anime pietose
Con incantevol melodia molcendo
Van dei defunti. Or'io chè bramo i fiumi,
E le selve, e le siepi, e l'onda, a cui
Da presso lene col soave canto
L'insonne augello il petto? Ognor gradito
A me del rosignuol l'emulo fia,
Che viene a noi dalle Canarie, cinte
Dal mar d'Atlante, e che sì dolci note
Prigioniero temprando, i gravi studi,
E le ingenue dell'uom fatiche alleggia.

Nicola Taraschi.

LACUS FUCINUS

Audax omnia perpeti
Gens humana.
HORAT. I. *Od.* 3.

Magnanimum meditor romani Principis ausum,
Quo duce, quo tandem ripis auctore relictis,
Doctus iter vomuit stagnantem Fucinus undam.
Hoc tibi Roma vetus coeptum invidet, unde per orbem
Nobile Alexander profers Torlonia nomen;
Victrix illa tibi romana potentia cessit.
Italiae lacus in medio: iacet alveus altis
Imposita in convalle iugis, protentus in orbem
Millia dena quater, triplicem quo lapsa per amnem

IL LAGO FUCINO.

Il magnanimo ardir del roman Prence,
Che, autore e duce, al Fucino segnava
La via d'abbandonar l'antiche rive,
Dando libero il corso all'onda chiusa,
Io canto. A te la prisca Roma invidia,
Alessandro, tanta opra, onde risuona
Per l'universo di Torlonia il nome,
E vincitrice un dì oggi a te cede.
Nel cuor d'Italia è un lago, l'alveo giace
Entro una valle ad alti gioghi in cima,
E per miglia quaranta intorno gira;
Quivi affluisce dalle alpestri fonti

Omnis clivosis immittitur unda scatebris.
Aggeribus sed perpetuis natura paludem
Carceris instar obit, quo plurimus undique septus
Considit, nullamque viam sibi repperit humor;
Interdum sed enim indignatus vincla marinis
Fluctibus assurgit, fremituque exundat, et arva
Informi obducit limo, spemque eripit anni.
Quo tremit Angitiae luous, tremuere fragore
Marrubiae gentes, marsisque in montibus urbes,
Albaque, Cliternum, Cerfennia, quaeque refuso
Multa lacu nantes prospectant oppida campos.
Ultima vim tantam laticis mirata vetustas
Credidit esse deum, templumque sacravit et aram.

L'onda che vien da triplice torrente,
Ma, a carcere simil, natura cinge
Co' suoi gioghi continui la palude,
E l'abbondante umor corso niuno
Da ogni parte trovando ivi si posa.
Pur talvolta de' ceppi insofferente,
Come i flutti del mar, freme e trabocca
Sì che d'informe limo i campi asperge
Ed al cultor l'opra dell'anno fura,
Trema il bosco d'Angizia, e a quel fragore
Di Marrubio la gente anco ne trema,
E le città ne' Marsi monti ed Alba
E Cliterno e Cerfennia e i borghi tutti
Che guardan le campagne in preda al lago.
Di cui l'antica età con maraviglia
Guardò de l'onda la possanza, e il tenne
Qual nume, e un tempio consacrogli e un'ara.

Iamque satis populis requierat Roma subactis,
Efferaque in sese sceleratam vertere dextram
Desierat, Iani clausis arcto obiice portis.
Frugiferas iam tum melius meditarier artes
Romulei proceres didicere, et subdita sceptro
Regna fovere suo; domito cum Claudius orbi,
Quartus caesarea demissus origine Princeps,
Iura dabat. Quamvis infirma hic mente volutat
Magnum aliquid, sibi quo pariat per saecula nomen.
Consilium infectum, vota irrita Caesaris ante
Audit, inexpletos Augusti tempore questus,
Marsorumque preces; acri laudum ictus amore,

Sovra il mondo suggetto omai posava
Roma queta lo sguardo, ed efferata
Più non volgeva in sè l'empia sua destra,
Chè di Giano le porte con ferrate
Spranghe eran chiuse. Anco di Roma i padri
Con miglior senno rivolgean la mente
De' campi a la coltura e sottoposte
Al proprio scettro a prosperar le genti;
Allor che leggi a l'universo domo
Claudio dettava, che dal Divo Giulio
Quarto prence scendea, desio d'imprese
In mente benchè debil gli tenzona,
Che illustre e conto ne perpetui il nome.
I falliti disegni e i vani voti
Di Cesar ode e le dolenti note
D'Augusto al tempo ed il pregar de' Marsi:
Da pungente desio spinto di lodi,

Narcissum, aulae cui paret pecus omne magistro,
Credita cui domini sunt uni arcana potentis,
Advocat, hisque acuit dictis: Nunc Palladis arte,
Narcisse, est opus, ingenii nunc viribus usus:
Accipe quae dono Divum sententia surgit;
Id sedet, infestis Marsos qui territat undis
Exhaurire lacum (1). Servorum protinus omnem
Hinc iubet acciri numerum: coit undique ad urbem
Ingens Imperii longinquis agmen ab oris,
Perque vias passim plateasque effervere vulgus
Densum humeris videas, nec sunt eadem omnibus arma;
Upupa quippe aliis, terebrae, ligo, malleus, olli
Scalpra gerunt, cuneosque manu validasque bipennes.

(1) Suet. Claud. 20. Plin. H. N. 36, 24 § 124.

A sè chiama Narciso, cui qual donno
Prono è il gregge di corte, e de' segreti
Del prence è il sol custode e sì l'incita:
Or di Pallade l'arte a noi fia d'uopo,
O Narciso, ora usar forza d'ingegno,
Quale in me sorge per favor de' Numi
Pensier tu ascolta; a me vuotar fia grato
Quella laguna che con l'onda infesta
È de' Marsi il terror. Tosto lo stuolo
De' servi fa chiamar: molti n'accoglie
Sin da l'estreme piagge dell'Impero.
Per ogni via per ogni piazza osservi
Di Roma ovunque brulicar la gente,
D'armi varie ciascun carche ha le spalle,
E chi porta il piccone e chi la marra
Lo scalpel ed il trapano e il martello
E valide bipenni e cunei in mano.

Ceu quondam nigro misceri examine circum
Fusae, si caveam trivit pede forte viator,
Quo memores frumenta student vectare senectae,
Formicae, infestis concurritur undique signis
Illico, et erecto hac illac mucrone recursant.
Pervenere locos, Circes ubi filius olim
Marsus, uti perhibent, populi regnavit agrestis,
Marsus, vipereos quo non praestantior alter
Actutum morsus magica medicare saliva.
Olli ad prima stupent celsi miracula montis,
Nam procul hic coelo vertex se se arduus effert
Scrupeus, et late despectat desuper urbes;
Quod cornu veluti astra petit, mirabile visu,

Così, se a caso il vïator calpesti
La buca, ove pensando a la vecchiezza
Le formiche trasportano il frumento
Esse, pria sparse, in negra torma stringonsi,
E, rizzata la punta degli aculei,
Di qua di là, vanno, rivanno e subito
A la difesa da ogni parte accorrono.
Giunsero dove un dì, siccome è fama,
Marso regnò su villereccia gente
Marso figliuol di Circe, onde il simile
Non v'ha nel risanar viperei morsi
In un balen con magica saliva.
Del gran monte a l'eccelsa meraviglia
In pria stupiscon, chè di qui lontano
L'aspra vetta sublime al ciel s'estolle,
Dominando da l'alto ogni cittade,
Perchè di corno in guisa gli astri assale,

Ingentis saxi *cornu* dixere cacumen;
Tanta hic mole exit pater Apenninus in auras.
Totius inde iugi bina ab radicibus imis
Solis ad occasum volvuntur flumina, dexter
Labitur hinc dirimens aequicola rura Velinus,
Perque reatinam leni fluit agmine vallem;
Ventum ubi deinde Narem clivus qua incumbit ad [amnem,
Impete praecipiti totam vomit alveus undam:
Dissultat gurges lapsu tremefactus aquarum,
Immanique furit contorquens vortice spumas
Incanas procul, horrendus fragor aethera pulsat.
Hinc petit Auruncos, tyrrheni et littora ponti
Liris per Volscos, Minturnasque alluit urbem,

Bello a veder, del Gran Sasso la cima
Corno chiamâro; tanta è qui la mole
Che del padre Appennino a l'aura surge.
Di tutto il monte a le radici estreme
Si svolgono due fiumi inver l'occaso;
Quinci gli Equi traversa, e lento il piano
Reatin solca il Velino; il qual venuto
Là 've il pendio sovrasta al fiume Nera,
Fuor de l'alveo trabocca impetuoso;
S'infrange il gorgo ed al cader de l'acque
Tremolando con vortici terribili
Lungi spruzza le spume infuriando,
E profondo un fragor ne va a le stelle.
Quindi si volge per Aurunca il Liri,
E va pe' Volsci del Tirreno ai lidi,

Et Marii effugio celebres latebrisque paludes.
Huc stagni demittere aquas mens daedala volvit
Narcissi, ast ingens coeptis audacibus obstat
Montis proceri moles, cui salvia nomen
Innascens dedit (1); ille suae non immemor artis
Macti animo este, viri, visu nil territus, infit,
Per medium tentanda iugum via; quaelibet, eia!
Fortia romanum est audere, bonaque venitis
Alite, neu pigeat quemvis tolerare laborem.
His animos addit dictis; tunc protinus ultro
Incumbunt operi, ferro pars vertere terram
Ac terebrare solum, scrobibusque aperire profundis

(1) Monte Salviano.

Bagna Minturno e le paludi illustri
Perchè a Mario l'asil furo e lo scampo.
Di qua Narciso con dedalea mente
Pensa l'onda avviar della laguna,
Ma ostacol sorge a la superba impresa
D'un gran monte la mole, cui diè nome
La salvia che vi nasce: allor Narciso
De l'arte sua ben memore, e tal vista
Non paventando: su, coraggio, esclama,
Convien del monte un varco aprir nel seno;
De' Romani è il tentar le forti imprese.
Con lieti auspici or qui venite e il peso
Sopportar di tanta opra non vi gravi.
Così l'incuora, e quelli alacremente
Tosto dan mano all'opra, e chi col ferro
Smuove la terra, e chi nel suol profonde
Fosse gareggia nel cavar con grande

Magna vi certant, durisque bidentibus instant,
Corbibus egerere effossam pars, findere cautes
Praeduras alii, sectas devolvere quercus.
Montis inaccessas iam iam tentare latebras
Ac caecas laxare vias lapicida, dehiscit
Tunsa silex, pulsante specus mucrone remugit.
Parte alia impositis confingit plurima quadris
Turba lutum, versatque manu, facilisque figuram
Massa capit laterum; suggesta ex ilice fornax
Aestuat ignivomis flamma bacchante caminis;
Fit crepitus, superasque volat vapor ater ad auras.
Inde catervatim convectant coctile pondus,

Forza e di marra dan colpi robusti,
Altri il terren con corbe traggon fuora,
Fendon le dure pietre, e le tagliate
Querce sospingon. Le caverne ascose
Lo scarpellino esplora e un cieco varco
Dischiude, cede la percossa selce,
Mugghia lo speco al replicar de' colpi.
E in altra banda sterminata schiera
Forma su deschi il fango e in man lo volge,
E la cedevol massa di mattoni
Prende figura. Con orribil fiamma,
Da l'elce alimentata una fornace,
Avvampa negli ignivomi camini.
Un crepitar ne sorge e si solleva
L'atro vapore a le superne sfere.
Indi portano a schiere il cotto pondo

Subiiciunt humeros, onerant vel plaustra, labori
Non datur ulla quies; largus de corpore sudor
Liquitur, attritoque gemens rota volvitur axe.
Iam quae per trochleas et tympana pondera funes
Desuper intrudunt, patulo accipiente meatu,
Ordine cuncta sua fretus locat arte redemptor
Calce coagmentans magni fundamina ductus,
Et superimpositam sustentat fornice rupem.
Iam, coelo emenso, duodena per astra volutus
Sol iter undecimo obliquum confecerat orbe:
Structile romanae monumentum laudis et artis
Stabat opus, terna, excisi per viscera montis,

E ne carcan le spalle o n'empion carri;
Posa nessuna a la fatica è data,
Scorre il sudor pel corpo a larghi rivi,
Per l'asse attrito ne geme la ruota.
Già de l'opera il mastro in arte esperto
In ordin pone que' macigni immensi
Che entro l'aperto foro che li accoglie
Con gran lena sospingono dall'alto
Con girelle e con macchine e con funi,
L'ime basi con calce connettendo
Dell'acquedotto smisurato, e a volte
Affida de la rupe il grave incarco.
Già nel percorso ciel, pe' dodici astri
Scorrendo, il sol compiva il curvo giro
Per l'undecima volta, e monumento
Ergeasi di romana arte e di gloria
L'opra, che dentro al perforato monte
Per tre miglia s'allunga, con profondi

Millia porrectum, puteis metuenda profundis (1)
Os aperit specus eluviem admissura paludis:
Ducta giganteo manes molimine ad imos
Antra suis Plutona putes detrudere regnis.
  Denique tempus adest, veteri quo sede revulsus
Marsorum, Neptune, paras absistere terra.
Ausonias tulerat volitans vix fama per urbes,
Incaluere animi, auditis gens excita monstris
Undique turmatim vacuis e mœnibus illuc
Approperare gradum, marsosque exquirere fines.
Iam iam lapsuris solemnia Claudius undis
Ipse inter binas ponit certamina classes. (2)

(1) Sono 40 pozzi quadrati e diverse caverne inclinate dette cunicoli che nel tratto che corre dal Lago al Fiume Liri vanno in media a 100 metri sotterra fino al livello dell' acquedotto, e servirono a dar luce ed aria al sotterraneo non che al trasporto dei materiali — Alcuni, non tutti, furono rimessi in opera dagl'Ingegneri di Torlonia.
(2) Suet. Claud. 21. Tacit. Ann. XII, 56 sq.

Pozzi tremendo speco apre sue fauci
Preste l'onda a ingoiar de la palude.
Un antro il credi negli inferni mani
Sospinto con titanico ardimento
Dal proprio trono a discacciar Plutone.
  È tempo omai che dall'antica stanza,
O Nettuno, divelto, estremo volga
Addio de' Marsi al suol. Tosto che il grido
Volando udissi per l'Ausonie terre,
S'agitâr tutti, e la ridesta gente
Dagli uditi portenti ovunque a schiere,
Vuote lasciando le cittadi, il passo
Affrettano a cercar de' Marsi i campi.
Claudio su l'onde a disparir vicine,
Splendida gara infra due flotte pone.

Prodiit ut tyrio Caesar conspectus in ostro,
Fervere cuncta vides, fremitu plausuque resultant
Finitimi colles; vox haec tamen eminet una:
Te salvere iubent leti quibus imminet hora,
Caesar, ave! Salvete, viri: vox reddita contra.
Tum vero impatiens regis praecepta iuventus
Detrectat renuitque mori, et committere pugnam,
Exemptos se morte rati: quo percitus ira
Hac illac sine more furit residesque recursans
Hortatur capere arma, crucem minitatus et ignes.
His conversi animi dictis, ac iussa facessunt.
Hinc rhodiae aequata, hinc siculae stant fronte carinae;

Come egli appar di tirio manto adorno
Vedi tutto agitarsi, ed i propinqui
Colli echeggiar di plauso e di romore.
Tal voce alfin sovra l'altre risuona:
I disposti a morir, salve a te, Prence,
Gridano salve: ed Egli a lor: salvete.
Allor del re disprezza l'impaziente
Gioventude i comandi, e non vuol morte,
Nè la pugna ingaggiar, libera in vero
Dal morir si credendo: onde ei sdegnoso
Di quà di là senza ritegno infuria,
E garrendo i restii, gli esorta l'armi
A prender minacciando e croce e fuoco.
A questi detti ogni pensier cangiâro,
E ad obbedir fûr presti. Ecco di fronte
Stan le navi di Rodi e di Sicilia;
Mostransi i duci sovra l'alte poppe

Insignes ostro celsis in puppibus ipsi
Ductores adsunt, fulvum micat eminus aurum
Sole lacessitum, remex sedet ordine transtris.
Interea ecce vadis Triton argenteus imis
Elapsus ciet aere viros: it ad aethera clamor,
Incumbunt remis, spumant freta vulsa lacertis.
Missilibus primo certant, dein ensibus una
Prosiliunt, nudoque ineunt certamina ferro.
Ingemuere rates rostris urgentibus, arva
Heu misero perfusa rubent neptunia tabo.
Caedis abunde est; visendi iam sanguinis ardor
Compressus: nova plebs inhiat spectacula plausu.

Folgoranti per ostro, e ripercosso
Da l'alto sol rifulge l'auro biondo,
In ordin son sui banchi i remiganti.
Già l'argenteo Triton da l'ime uscito
Onde del lago i combattenti incita
Con la bellica tromba, l'aura echeggia
Di grida, e dan ne' remi e l'onda ferve
Da le braccia agitata. In pria di dardi
Un nembo avventan, quindi orrenda mischia
Di spade incominciâro insiem ristretti,
De' rostri a l'urto ne gemêr le navi.
Ahi vedi rosseggiar l'equoreo piano
Di sangue asperso miserando; assai
È già la strage; bramosia non desta
Più la vista del sangue, e il nuovo affretta
Spettacolo la gente a suon di mani.

Ipse levi invectus liquidum trabe dividit aequor
Narcissus, caecosque iubet laxare meatus.
Extemplo foribus demittitur aestus apertis
Spumosus, fervetque fretis spirantibus amnis
Cum sonitu: nimiam nec iam capit alveus undam,
Increscunt foveae, insano ruit impete moles
Disiecta, oppletas fauces tenet agger arenae,
Ulva, lapis, lateres; furit indignatus habenas
Gurges, ceu torrens hibernis imbribus auctus
Exit vorticibus rapidis, atque obruta limo
Fert sata, fert armenta, ipsas evertit et urbes:
Miratus nova monstra caput levat aggere ripae
Multa querens, vastoque gemit sub pondere Liris.

Già fende l'onda liquida su lieve
Legno Narciso istesso, aprir comanda
Il tenebroso varco; ivi repente
L'onda s'immette spumeggiante, e dentro
Allo stretto cammin ferve e rimbomba;
Ma troppa è l'acqua al non capace letto,
L'acquedotto si gonfia e giù la mole
Pel folle assalto rovinando cade,
Alle fauci fan siepe arena e sassi,
Ed i ceppi sdegnando infuria il gorgo,
A torrente simil, cui verno ingrossa
Ed irrompe con onde vorticose,
E il gregge e i seminati in sua rapina
Ricoperti di fango e fin le stesse
Città travolge. Del novel portento
Maravigliando e assai dolente il Liri
Fuori dell'alta ripa il capo estolle,
E sotto il peso smisurato geme.

Nunc tibi nostra canet, Procerum ditissime, Musa,
Romulidum decus, aeternum mansura per aevum
Exhausti monumenta lacus, laudesque tuumque
Nomen ad astra feret. Labis tibi nescia virtus
Sunt et regis opes, animus contemptor at auri
Regius: ignavo audieram torpere veterno,
Dives queis arcam census disrumpat avitam,
Inventoque super fulvo recubare metallo;
Sed vana insanum sileat mendacia vulgus,
Desinat alterius rebus tabescere opimis.
Ter sena ex illo, frustra, labentibus annis,
Saecula rebus opem lapsis cupiere ferentem:

Or per te canterà la Musa mia,
O Prence, onor di Roma, e tra' magnati
Il più possente, dell'esausto lago
L'imperitura impresa e tra le stelle
Farà suonar del nome tuo le laudi.
Virtude intemerata in te s'accoglie,
In te regie dovizie e regal animo
Dispregiator dell'oro. In vil letargo
Che languiscono, è voce, quei cui rompe
Gli aviti scrigni il censo e indolentiti
Su i mucchi d'oro ad oziar si stanno,
Ma dal mentir deh cessi il folle vulgo,
Nè porti invidia alle ricchezze altrui.
Otto secoli e dieci invan passàro
Dalla prima opra, e nel fuggir degli anni

Irrita tu vota haud passus consistere, tantas
Aggrederis moles animis audacibus unus! (1)
Nec tibi magnanimo cecidit de pectore virtus,
Terrarum dominos auroque opibusque potentes
Cernis romanos dum coepto absistere reges.
O tibi, Montrichere, (2) utinam nunc vita maneret,
Parthenope immiti vidit quem funere raptum!
Heu miserum! memorabile opus vix ipse repertor
Arte nova extuderas, te fata tulere, nec illud
Cernere posse datum, primam cui Fucinus haustus
Dat, non Massiliam deducta Druentia palmam.

(1) Il Principe D Alessandro Torlonia spese ne' lavori del Fucino trenta milioni!
(2) Montricher Ingegnere capo', del Cantone di Vaud in Isvizzera, autore anche del famoso acquedotto che reca a Marsiglia le acque della Durance.

Sperâro indarno ritrovar pur uno
Che al negletto lavor recasse aita.
Ma tu non soffri che rimangan vani
Que' lunghi voti e ad un oprar sì eccelso
Oggi con nuovo ardir tu sol ti accingi,
E baldo in cor non temi allor che miri
Di Roma i re dominator dell'orbe,
E per auro e per forza assai possenti,
Ratto allibire e abbandonar l'impresa.
Fosse piaciuto al Ciel che a te la vita
Or sorridesse, o Montricher, cui spento
Partenope mirò da acerba morte!
Ahi miser tosto che con arte nuova
Mirabil opra il genio tuo compiva
Il destin ti rapì, nè a te fu dato
Quell'opra rimirar, cui la primiera
Palma il Fucino dà non la Duranza,
Che volse l'onda di Marsiglia ai lidi.

Quique peregistis vestram dein coepta per artem
Non illaudatos, Bermonti et Brisse (1), relinquam
Vates, quos ego dum miror, non amplius ipse
Me movet Alcides Caci spelaea recludens
Montis Aventini magna vi parte revulsa.
Quo vos, magnanimi heroes, ego nomine dicam?
Encelados dixisse parum est, tam firma tulistis
Pectora, et indomitas ad cuncta obstantia vires.
Quid loca, quaeque orsis memorem discrimina vestris
Obstiterunt, laticisque minas, terraeque labores,
Saxaque stipitibus coenoque aggesta tot annis

(1) Bermont successore del morto Montricher, Brisse successore del morto Bermont.

E voi che poscia l'opera forniste,
Bermont e Brisse, in arte eccelsa edotti
Non senza lode io lascerò, cui mentre
Ammiro, più non mi commuove Alcide,
Che apre di Caco la spelonca e parte
Dell'Aventin con gran forza divelle.
Onde fia che vi nomi, o illustri eroi?
Se v'appello giganti io nulla dico.
Tanto fu in voi coraggio ed ostinata
Possa agli ostacol tutti! E a che ricordo
I luoghi al vostro cominciare avversi,
Ed i perigli e il minacciar de l'onda
E le fatiche gravi della terra,
E gli stivati sassi per tanti anni
Con fango e pali, che del Sole a' rai
Chiudeano ognor l'inaccessibil varco,

Solis inaccessas radiis claudentia fauces,
Fluminaque occultis passim manantia rimis?
Nec tamen aut animi vobis fiducia cessit,
Aut fractum robur, curisve exterrita mens est.
Ut primum lustrare cavam data copia rupem,
Proscissum et medio sensistis tramite ductum,
Tum causae antiquae cladis patuere repostae,
Tutaque ruderibus patuit sudibusque lacuna.
Ancipiti trepidare metu mens indiga primo
Consilii, neque enim caeca tellure coactum
Haurire humorem potis ars cunctatur et haeret.
Sed par adversis surgit sententia rebus
Sub pedibus fodisse solum, perque intima terrae

Ed i torrenti che per vene occulte
Scorrean precipitosi in ogni banda?
Pur non s'infranse in voi coraggio e lena,
Nè per gli affanni sbalordì la mente.
Come prima fu dato al vostro sguardo
Mirar la cava rupe e a mezzo il calle
L'acquedotto diviso, allor fûr note
Le cause ascose de l'antico danno,
E di ruderi e pali ingombro apparve
L'antro, e per dubbio e temà, di consiglio
Bisognosa la mente trepidò.
Perchè l'arte incapace a estrar dal suolo
Tenebroso l'umor che v'è racchiuso
Balena e si confonde. Ma nel core
Pensier vi sorge al gran frangente uguale,
Forar la terra e nelle interne viscere

Viscera subiectae flumen devolvere aquarum. (1)
Ergo fossores properant, camerisque cavernas
Suffulcit structor, centumque agitata lacertis
Accipit et laticem vomit oribus antlia centum.
Nec vero putribus manantibus undique terris
Imbre minax Neptunus abest, velut usque renascens
Verticibus sectis metuendae bellua Lernae.
Cura subit munire lacum, immanique superne
Obiice saxorum fluitantem arcere paludem
Ipso aditu, nam late oppleverat ostia limo
Amne superiecto, atque altis emerserat undis

(1) Galleria sotterranea scavata sotto l'acquedotto romano per dare scolo a immenso deposito di acque fermate da uno scoscendimento di terra e comunicanti col Lago. — A questa galleria, novissima maraviglia dell'idraulica moderna, servì di volta il pavimento dell'acquedotto di Claudio puntellato con una selva di grosse travi, al quale praticati dieci fori da potersi con un meccanismo aprire e chiudere istantaneamente, per mezzo di un gran tubo a sifone di ferro fuso, si potè effettuare in capo ad alquanti mesi lo scolo trasmettendo le acque nella parte già compita della galleria Torlonia.

De la rupe avviar l'acque stagnanti.
Il minator s'affretta e le caverne
Affida ad archi il fabbro, e già la tromba
Mossa da cento braccia l'onda accoglie
E poi per cento bocche la riversa.
Nè di Nettuno il minacciar fa sosta
Per lo fradicio suol sempre filtrando,
Come la paürosa Idra di Lerna
Chè dalle tronche teste ognor rinasce.
Sorge il pensier di far di sassi al lago
Di sopra una gran diga che allontani
Dalla bocca il fiottar, perchè di limo

Fucinus, unde morae, et capitis discrimina mille:
Hinc terebrare solum, superans quo protinus omnis
Cederet unda loco foveis absorpta profundis.
Udis tum demum terris loca turbida oberrans
Reptat mersa vadis, vitaeque oblita iuventus
Arripiens ulnis lutulentum interrita acervum.
Quid non laudis amor valet et mens nescia flecti?
Per Stygias errare domos, regna invia vivis,
Non homines, simulacra putes iam luce carentum.
Hortantur sese, validisque sub ictibus antri
Ima ruunt latera; imperium nam abolere vetustam
Urget Alexandri penitusque revellere molem.

Il Fucino crescendo aveala piena
Ed alto vi giacea. Di qui gl'indugi
E mille rischi. Indi si fora il suolo
Per l'onda devïar che è sopra il capo
Dell'emissario, e aprir fosse profonde.
Alfine per sentier torbidi errando
D'acqua cospersi per la terra màdida
Carpon s'avvia la balda gioventude,
Che non cura il morir, e con le mani
Grappa il fangoso mucchio. A che non spinge
Amor di lode e che non puote un'alma
Mente e consiglio a variar non usa?
Errar li estimi per le stigie sedi,
Regni chiusi ai viventi, e non mortali
Li diresti, ma vere ombre di morti.
Ardir si danno ed i profondi lati
Taglian de l'antro con robusti colpi,
Chè del Prence il voler l'antica mole
A diroccare e a sveller li sospinge.

Tum nova structores vestro munimina ductu
Aedificant alacres, caesisque molaribus addunt
Certatim lateres, veteri ter latius unde
Crescit opus, panduntque immensas ostia fauces. (1)
  Laeta dies aderat: tanti praenuncia facti
Fama volans circa latias exciverat urbes.
Finitimae gentes, omnisque Oenotria tellus,
Visendi et quos egit amor coiere frequentes.
Delecti populi proceres. auroque decori
Militiae primi, niveaque in veste sacerdos
Adstant, et rutila redimitus tempora mitra
Sacrorum Antistes. Iam spicula Phoebus ab alto

(1) Conf. Léon de Rotrou, *Prosciugamento del Lago Fucino*. Firenze 1871, et *Dessèchement* du Lac Fucino par MM. Alex. Brisse et Léon de Rotrou. Rome, 1876.

Allor, voi duci, artefici solerti
Lavor novello a costruir si danno,
E giungono a mattoni pietre da taglio,
Onde maggior tre volte dell'antica
Vorago s'apre con immensa bocca.
  Lieto sen venne il dì: de l'opra illustre
La fama annunziatrice intorno vola
Del Lazio le città tutte destando,
E la vicina gente e tuttaquanta
L'Enotria terra, e cui desio sospinge
A veder s'adunàro in denso stuolo;
E traggon pur del popolo gli eletti,
Baldi per ór de la milizia i duci,
In bianca veste i sacerdoti e il Sacro
Pastor di mitra folgorante adorno.

Ignea contorquens clarus fulgebat Olympo
Versus ad occasum, ventisque silentibus aequor
Sternitur immensi placatum marmoris instar,
Mille nitens tremula undivagis sub luce favillis.
Antistes sed ubi tensis ad sidera palmis
Fausta precatus erat, superosque in vota vocarat,
Tinxerat et liquido lustrali aspergine fluctus;
Qua via facta ruit, penitusque illapsa sub umbras
Aestuat unda furens, antra intonuere profunda,
Ingentemque vapor iaculatus ad aethera nubem
Involvit trepidos densa caligine, coelumque
Eripuit subito ex oculis: ast orta repente
Temperies, faciemque poli lux alma serenat.

Già suoi dardi scagliava il sol fulgendo
Ne l' etereo cammin, volto ad occaso,
Ed al tacer de' venti si raccheta
L' onda qual piano immenso, e folgoreggia
Al chiaror de le tremole scintille
Che vagano sovr' essa. Al Ciel sì tosto
Ebbe le palme il pio Pastor levate,
E sciolto il labbro a fauste preci, e Iddio
Invocato propizio, e i flutti aspersi
De la stilla lustral, pel varco aperto
Impetuosa l' onda si rovescia,
E ferve entro le tenebre sospinta;
Risuonâr le voragini profonde,
E a l'aura di vapor lanciato un nembo
I trepidanti involve, ed allo sguardo
Toglie del cielo in un balen la vista;

Ingeminant plausus, reboat plangoribus aether,
Laetitiaque fremunt, ter io clamore canentes
Et quater, Artifices, vos, et te laudibus, Auctor,
Extollunt, patriaeque patres uno ore salutant.
Iam satis undarum exhaustum: miscenda marinis
Fluctibus assuetus facili iam non sua Liris
Flumina fert alveo; nec plurima sufficit unquam
Vena perennis aquam rivis satis inde renatis.
En ubi contractam pisces, sua regna, paludem
Et dulci demum senserunt flumine linqui,
Huc illuc nantes (visu miserabile) ferri
Cernis anhelanti similes, ac faucibus undam

Ma torna presto la quiete, e l'etra,
Che tutta echeggia d'addoppiati plausi,
Si rasserena, e per letizia folli
Tre volte e quattro a voi gridano evviva,
A voi Mastri de l'opra, a te che fosti
L'Autor, siccome della patria a' padri.
Molta è già l'acqua che è scomparsa, e il Liri
Tra le capaci sponde avvezzo omai,
D'onda non sua facil consente al mare
Portar tributo; nè rinfarcia il lago
Co' rii risorti la perenne vena.
Come i pesci da l'onda abbandonato,
Già lor sede, sentìr stretto lo stagno,
Oh vista miseranda! errar li vedi
Quà e là guizzando d'un ansante al pari
E accòr l'onda in le fauci e rigettarla,

Accipiunt redduntque; omni spe abeunte salutis,
Assiliuntque vadis, roremque ad nubila iactant.
Heu! quae litus amant et dulcia stagna volucres
Ardea, mergi, anates, fulicae stridere per aequor
Plaudentes pennis, veteresque requirere nidos,
Vomere ubi agricŏla exercet nunc impiger arva,
Grandia credens haud fallacibus hordea sulcis.
Optatam questae ereptam per saecula praedam,
Mutatasque vices. Nunc nunc iuvat arva videre,
Ante palus ubi navigiis fuit hospita, donis,
Alma Ceres, differta tuis: non ubere glebae
Dignior ullus ager: non illi laudibus ipsa

Ed ogni speme di salvezza spenta,
Saltan dal guado al ciel l'acqua spruzzando.
Ahi! con pietose strida su pel piano
Fan rombo, in traccia de l'antico nido
Anitre ed aghiron, folaghe e smerghi
Desiosi del lido e del padule,
E le sorti cangiate lamentando
E la tolta per sempre amata preda,
Dove or l'industre agricoltor le zolle
Smuove e il frumento al fertil solco affida.
Ora i campi veder bello ritorna,
Ove pria la palude i legni accolse,
Del tuo favor ricolmi, o diva Cerere.
Campo non v'ha di rigogliosa gleba
Che più fertile sia, nè la convalle
Che di linfa perenne il Peneo irriga

Certet quam Peneus vivis praeterfluit undis
Convallis, loca nec tantum iactata poetis.
Prodit ibi limo dulcique uligine gaudens
Pinguius et siliquis silvaque virente legumen;
Illic quam mittit milii seges India culmo
Dives arundineo felicibus exit aristis;
Caeruleo vel flore suis ibi mensibus almus
Ridet ager lini, aut tellus incanuit albo
Vellere gossipii, aut lactentia surgere passim
Frumenta, et flavas videas horrescere messes.
Adde tot ordinibus plantaria consita rectis,
Ruricolisque casas, iussosque canalibus imbres
Populea irriguos cursum properare sub umbra,
Exceptura super gravidas magna horrea fruges.

Con lui gareggerà, nè da' poeti
Le celebrate piagge. Ivi il legume,
Che del terreno il grato umor desia,
Si propaga nel limo e di baccelli
Con verdeggiante stel più ricco appare,
E quella che dal suol d'India ne viene
Lussureggiante messe ivi s'estolle
Di canne in guisa con felici spighe,
O del ceruleo fior del lino il campo
Ride ne' mesi suoi, e la pianura
Di cotone biancheggia, e sorger vedi
Dovunque i grani tenerelli, e messi
Biondeggianti increspare, e in ordin retto
Poste le piante, e il rustico abituro
Del villanello, e l'onda irrigua il corso
Affrettar tra il canal che la governa
Del pioppo al grato rezzo, e spaziosi
Granai da accôrre le mature messi.

Egregium artis opus, superas quod surgit in auras,
Quid memorem? Lapide e pario stas, candida Virgo,
Perfringens sublime caput pede nisa colubri;
Brachia quae nectens, dum figis lumina coelo,
Poscis opem agricolis, pecorique satisque sinistras
Non sinis uberibus pestes illudere campis.
Talia dives arat, flavi prope littora Rheni,
Harlemi oceano iacuit qua mersa refuso
Tellus, arva parens generosae Hollandia prolis.
Illuc, ut perhibent, atra bacchante procella,
Ipse superiectis violentior incidit undis
Oceanus, penitusque cava tellure resedit
Plurimus, unde diu tenuit batavica late

E che dell'opra dir che al ciel sublime
S'estolle? In pario marmo, o Vergin pura,
Sculta ti stai ed al colùbro il capo
Schiacci premendo col virgineo piede,
Con le braccia conserte e i rai fissando
Al ciel, ne impetri a' rustici l'aita,
E il fertil campo e il gregge non permetti
Che rio malor di suo veneno asperga.
Di valorosa prole genitrice
Coltiva Olanda tali campi, dove
D'Harlem la terra al biondo Reno accanto
Per lo sparso Oceàn giacque sommersa.
Quivi, fiera procella infuriando,
Come narra la fama, il mare irruppe
Violentemente e si fermaron l'onde
Nel sottoposto suol per largo spazio,
Onde, qual mar, la batava pianura

Aequora salsa palus, faciemque simillima ponto.
Fluctibus at gens aequoreis assueta tot annos
Bella movere, suis detrudere finibus hostem
Neptunum aggeribus toties atque obiice, quamvis
Fideret imperio pelagi et saevo ille tridenti,
Nil non perficiet: segnes torpescere campos,
Haudque impune suis est passa iacere paludem
Infestam terris, veteremque requirere sedem
Compulit, auspiciis coeptum molita secundis.
Hinc laetae segetes, prata hinc vernantibus herbis,
Arboreique tenent foetus; halantibus horti
Floribus omnigenis, pulchroque rosaria cultu.
Scilicet humanae vincit vis ignea mentis
Omnia! Per medias Aegypti agit aequor arenas

Lungo tempo contenne in ampio tratto
Un salso stagno. Ma la gente avvezza
Da ben lunga stagion far guerra ai flutti
Con dighe e schermi, al suo confin respinse
Il nemico Nettun, benchè domino
Del mare egli abbia e nel tredente fidi;
E non soffrì che infruttuosi i campi
Languissero e secura una palude
Si distendesse a far le terre grame,
E a ricercar la strinse il nido antico,
Sì che l'opra fornì con lieti auspici.
Onde per l'erba verdeggianti prati
E ricche messi ed alberi con frutti,
Di svariati fior gli orti olezzanti,
E de' roseti la gentil coltura.
Il genio inver dell'uom tutto soggioga!
Fra l'arene d'Egitto al mar dà il corso

Arvaque fluctivagis aperit deserta carinis,
Quo brevior patet asiacum traiectus in orbem;
Illa et inaccessas validis mucronibus Alpes
Findit, quo dextrae populis fas iungere dextram;
Illa nova furata Iovi sua fulmina fraude
Aeratis arcana iubet transmittere filis,
Ac per summa leves duplici retinacula ferro
Te, Neptune, urget, te impellere, Mulciber, axes.
Quid mirum? Cum sit menti coelestis origo,
Olli et inest patrius vigor; hinc sibi conscia virtus
Invia naturae, terras, mare, sidera et omnia
Imperio premet, ac victo dominabitur orbe.

E solcan l'onda i legni ove deserti
Erano campi un dì, per che dischiuso
Più brieve è il tragittar de l'Asia ai lidi.
Esso con ferri aguzzi a l'Alpi in seno,
La via s'aperse, onde possibil fia
Stringer le destre ai popoli. Con frode
Novella a Giove i fulmini involando
A metallici fili i sensi arcani
Di trasmettere impose, e a te Nettuno
E a te Vulcan sospingere le ruote
Leggiere su per le ferrate spranghe.
Non t'ammirar perchè de l'uom la mente
È scintilla di Dio che in lui trasfonde
Il suo proprio poter. L'occulte forze
Di natura ei però farà soggette
Al suo domino, il mar, gli astri, la terra,
E donno fia de l'universo vinto.

NICOLA PERROTTI.

PHYSIOPHILUS.

IDYLLIVM

Rure ego viventem, tu dicis in urbe beatum.
HORAT. I. Ep. 14. 10.

Securum famae, mordacibus hospita curis
Ne me regifico moveant magna atria luxu
Invidiosa; procul vestris clamoribus, urbes,
Aevum agitem, libeatque locis magalia solis,
Atque humiles habitare lares, ubi mira tuenti
Naturae alta quies, nullo turbante tumultu,
Suppetat, et statio minus opportuna procellis.

IL FISIOFILO

O

L'Amatore della natura.

Me di fama non vago alti palagi
Che invidia il vulgo, d'ostro e d'ôr lucenti
Di prenci albergo e di mordaci cure,
Non allettino: addio, cittadi; io lunge
Vivrò dal vostro strepito in solinghi
Luoghi sottesso umil tugurio, ostello
Da procelle sicuro, ove allo sguardo
Senza tumulto alcun queto e tranquillo
Le meraviglie sue m'offra natura.

Florifer annus adest: zephyri motantibus alis,
Arboreae leni adludunt cum murmure frondes.
Suave quiescenti mihi neu, per mutua nexis
Prodere iussa rotis nocturni temporis horas,
Stridore horrisono abrumpant crepitacula somnum;
Sed furtim lux per rimas inserta fenestrae,
Aethere cum demum noctis dimoverit umbram,
Excitet expletum, sensim tum mulceat aures
Mane salutantum per densa cacumina solem
Concentus volucrum, donec fluitantia somnus
Lumina destituat, remigrentque in pectora vires.
O rerum natura parens! quam blanda voluptas
Permulcet sensus, cordisque inlabitur ima,

Ecco già riede la stagion de' fiori,
E all'aleggiar di zefiro le fronde
Scherzano tremolando ai rami intorno.
Deh! che turbi non sia miei dolci sonni
Col suo rauco fragor stridulo ordigno
Astretto ad indicar l'ore notturne.
Sazio l'albor mi desti per lo fesso
Del finestrin furtivo entro meando
Poichè sgombrata abbia dal ciel la notte.
Le orecchie ancor mi vegna ricreando
Degli augelli il garrir che per le folte
Cime l'astro salutano che nasce,
Finchè i lumi guizzanti a poco a poco
Lasci il sonno, e il vigor torni alle vene.
O madre del creato alma natura,
Quanta i sensi dolcezza e il cor mi molce

Te, redeunte die, dum miror! Scilicet haud hoc
Pulchrior ille dies risit, quum primitus orbi
Effulsit lux alma, soloque inspersa recenti
Florea prata, comas nemorum, segetesque virentes
Extudit: antiqui, humanum genus unde, parentis
Haec erat illa quies, haec omnis nescia labis
Vita, Dei laeta imperiis et munere terrae.
Alta petens, invectus equis efflantibus ignem,
Puniceo aethereum conscendit tramite coelum
Hadriacis emersus aquis sol: inde colores
Mille trahunt varios res, immensumque per aequor
Cernere caeruleos late est clarescere tractus,
Atque omnem tremere undivago sub lumine pontum.

Quando te miro al ritornar del giorno!
Certo d'esto più bello non sorrise
Quel vago dì, che l'alma luce al mondo
In pria rifulse, e di fioriti prati
Sparse e di boschi e verdeggianti erbette
Il suol novello; tale era la vita
Pura e tranquilla dell'antico Padre
Onde fu l'uman genere, cui fea
Pago il cenno di Dio e i don terrestri.
Fuor dell'adriaco mar pel roggio calle,
Sovra cocchio da ignivomi cavalli
Tratto già monta il sol, quinci di vari
Mille color si pingono le cose;
E per l'immenso pelago le azzurre
Vie rischiararsi d'ogni lato è bello
Vedere, e tutta tremolar ai rai
E brillar l'onda. Quì dove vestite

Hic ubi subsidunt vernantes gramine valles,
Sternuntur campi dextrâ laevâque patentes,
Quos illisa albis discriminat unda lapillis,
Ac longis volitans excursibus ambit hirundo.
Quaque tument molli surgentes vertice colles,
Hic nemora, hic saltus videas, interque virentes
Quercus ac tilias, nigras frondere cupressos,
Ac, decora una loci, raras albescere villas.
Quacumque ire placet, genialis ubique voluptas:
Seu mihi ferre pedem per prata recentia, sive
Carpere iter libeat nemora inter frondea. Tesquis
Gaudens umbrosis, stridens ecce emicat ater
Hinc merulus; nidum repens cavat arbore picus

D'erbe le valli giacciono, spaziosi
Stendonsi a destra ed a sinistra i campi
I quai traversa il fiumicel che in bianca
Ghiaia si frange, e a cui d'intorno spiega
La non mai stanca rondinella il volo.
E dove amene sorgono colline
Quì boschi vedi e folte macchie, e in mezzo
Di tigli e querce nereggiar cipressi
Tra il verde, e rare biancicar le case,
Sol d'arte fregio alla natura. Ovunque
Io mi diletti o dei boschetti al rezzo,
O pei prati novei mover le piante
Io mi sollazzo ovunque. Ecco già guizza
Fuor dell'ombrosa amata siepe il nero
Merlo squittendo; il rampicante picchio

Multicolor, croceaque nitens, cunabula, pluma
Natorum ilignis suspendit galbula ramis:
Garrula nec parcit densam tinnire per umbram
Atricapilla, sed, inter aves regina canoras,
Lege modis resonat silvas philomela solutis.
  Delicias quot dat cicurum natura iocosque!
Sedula pullorum iam carcere missa loquacem
Educit gallina gregem, camposque pererrat
Sponte sua glocitans; at si quem farris acervum
Nacta inter paleas, cumulo aut deprendit apludae,
Tum natos acri compellans voce tenellos
Scalpturit illa solum: properantes semina circum

Variopinto a covar l'alber pertugia
Ed il giallo rigogolo ne' rami
D'elce sospende de' figliuoi la cuna.
Nè mai si stanca per la densa ombria
Di garrir la vocale capinera;
Ma il soave usignuol che mai non serba
Una legge in cantar, re de' pennuti
Via più che gli altri fa echeggiar le selve.
  Quante delizie quanti offre diletti
Negli animai domestici natura!
Ecco la chioccia provvida ch'uscita
Testè del chiuso il pigolante branco
Mena fuor de' pulcini, ed a diletto
Erra crocciando per li campi, ed ove
Infra la paglia o nella pula in chicchi
Di gran s'avvegna, con più acuto grido
I figli appella razzolando, ond'elli
Traggono frettolosi a quei d'intorno
Graditi semi e cerca ognun suo pasto

Funduntur nati, scabitur putris area plantis,
Rimantesque epulas avide cava guttura complent.
Quis procul, heu! gemitus subito lacrymabilis aures
Vulnerat, et laetam media inter gaudia mentem
Abripit? Ecce trahens aegro vestigia gressu
Debilis ignarusque viae te, devius, offers,
Matris ocelle, mihi, ante alios dilecte parenti
Ultime natorum; cui, dum studiosius escas
Sectaris campoque novus te credis aprico,
Occuluit sepes pergentem frondea matrem,
Conspectum eripiens. Audit postquam illa querentem,
Scilicet accipitris menti obversatur imago,
Acrius ingeminans fremitum redit aspera tactu,

Per lo sollo terren menando il piede,
Avidamente empiendo il voto gozzo.
Quale da lungi ahimè! lagno improvviso
Le orecchie mi percuote, e da cotanta
Letizia mi disvia l'alma raccolta?
Ecco traendo il lento piè, spossato
E ignaro della via t'offri al mio sguardo
Pulcin novello ed ultimo dei nati
Della madre delizia, a lei fra tutti
Più caro, che di lei smarrito in traccia
Mentre incauto t'affidi al campo aprico,
Più la madre non vedi, cui nascose
Già oltre in suo cammin siepe frondosa.
Ma non sì tosto ella ode i tuoi lamenti,
Parle veder l'immagine del nibbio,
E in aspro suon la voce più levando

Tam caro metuens capiti: neu ferre relicto
Me quis opem moneat; rostro saeviret obunco,
Inque manus invecta genis non parceret ipsis.
Tandem, vix iram cohibens, gavisa recepto,
Maternis vocitans gnatos amplectitur alis,
Plumigeroque fovet gremio: subiere volentes
Quos placidae iuvat e pastu indulgeri quieti
Ingluviem tumidos, tenui testante susurro
Natorum sub matre beet qui pectora sensus.
Paulatim interea matris subeunte calore
Per membra it vigor: o species gratissima visu!
Hic aurae et pulcrae captandae lucis amore,

Tutt'arruffata riede in tuo soccorso
Forte temendo per sì cara vita.
Deh! alcun non mi consigli al derelitto
Porgere aita, che dal curvo rostro
Nullo schermo s'avria la mano e il viso.
L'ira appieno non muor mentre del figlio
Ricuperato si rallegra, e gli altri
A sè chiamando tutti li raccoglie
Sotto l'ali materne, e con le piume
Li riscalda del sen; volonterosi
S'acquattan tutti, chè proteso il gozzo
Lor troppo è grato il placido riposo;
Fan cenno intanto con leggier pispiglio
Quai sensi il core beino di figli
Sotto la madre. Ed ecco a poco a poco
Dal materno calor prender vigore
Le tenerelle membra: o dolce vista!
Qual di flavo color mostra desio
Di spirar l'aura e di mirar la luce,

Costas, nigrantem matris, caput, inter et alam
Luteus exertat; penna et pede nisus utroque
Ille audax saltu conscendit terga parentis;
Ascensu hic bicolor tereti cervice potitus
Cristato iactat capiti se insistere victor.
Nec minus oblectat cerebrosi lusus adulti.
Nam quos urget amor, movet aut quos gloria cristae
Proni concurrunt, rostrisque minacibus inter
Se bini observant: magis ac mage lumina turgent
Sanguine suffecta, ignescunt rivalibus irae.
Cervices hinc inde micant: ille arduus hostem
Despicit, infensoque ineunt certamina marte.

Ed infra la materna ala e la costa
Fa capolino: qual co' piè s'aita
E con le alucce e ardito un salto spicca
Sul dosso della madre; e qual chiazzato
S'inerpica pel collo e va superbo
Di farsi al piè del vertice sgabello.
Nè diletto minor porgon gli adulti
Capricciosi in lor gare: ecco che a fronte,
O amor li punga, o della cresta orgoglio,
Co' curvi colli e minacciosi rostri
Sta l'un dell'altro, del rival spiando
E sensi e moto: a più a più rosseggia
Il guardo e più s'accende in foco d'ira,
Ve' quinci e quindi balenar le teste:
L'un sul capo dell'altro ergersi altero
A dar principio all'accanita zuffa.
Ratto questi del rostro un fiero colpo

Cominus hic acri meditatus vulnera rostro
Assilit, at celeri saltu fugit ille petentem;
Assurgunt ambo pariter, pariterque recumbunt.
Bella novant, gliscitque furor, praecordia bilis
Acrior exurit; cum saltu illatus in hostem
Emicat enisus maiore hic perditus ictu:
Alterius tum demum alter cervice potitur
Mordicus arripiens, vellitque trahitque gementem,
Nec linquit, victus dederit ni sanguine poenas.
Exultat victor patulo ter gutture cantum
Ingeminans, passasque solo ter defricat alas.
  Sed meliora humili sunt condita gaudia tecto,
Deliciaeque domus: tenuis vilisque supellex

Meditato già salta, e l'altro schiva
Con celer moto l'aggressore, insieme
Nel montar su, insieme ancor nel calo.
Riedono alla tenzon, cresce il furore
E d'acre bile più s'infiamma il petto.
Quand'ecco il primo all'inimico addosso
Disperato si spicca e un picchio assesta
Feroce sì che alfin la cresta afferra
E'l dimena gemente e lo trascina
Nè avvien che il lasci se pagato il fio
Pria non abbia col sangue: il vincitore
Ne va superbo, e aperto al canto il largo
Varco, chicchirichì tre fiate grida,
E tante il suol, bassando l'ali, spazza.
  Ma contento miglior maggior sollazzo
Nell'umil tetto si nasconde: arredi
Quì vili e scarsi, ma candor d'affetti

Candidus ast illic animus, moresque pudici,
Prisca fides, meritoque coluntur honore Penates.
Colle sub acclivi, contermina sepibus horti,
Quae patuli tiliae rami frondentis opacant,
Pauperis et tugurî squalent fumosa vetusti
Limina: sola domum, exercet dum rura bubulcus,
Balantumque placens ducit nurus agmina pastum,
Servat anus, lenta mollire cibaria pruna
Sollers, et tremulis cunas agitare lacertis,
Lallando nec non puero suadere soporem.
Dum parat illa dapes redituris sedula, et ignes
Suscitat, ac parvi latices despumat aheni,

E pudici costumi, antica fede
E s'ha Religion qual merta onore.
Là 've d'un colle il facile pendio
Giace, d'un orticel confine al margo
Squallido antico affumicato siede
Un casolar su cui suoi larghi rami
Frondoso spande un tiglio: in quel che il campo
Il bifolco ad aprir suda, e la nuora
Fuori le pecorelle a pascer caccia,
Soletta a guardia della casa stassi
La vecchierella, sperta a fuoco lento
Di cuocere i legumi, e con le braccia
Già tremolanti dondolar la culla
Ricantando la nanna, onde al bambino
Il sonno si concili. Or mentre ch'ella
È tutta i cibi ad allestir intenta
Per chi fatica e stuzzica le brace
E dal piccol paiuol toglie la schiuma;

Cerne ut lacte recens depulsa audaxque iuventa
Felicula arrecta saliat laetissima cauda
Correpto alludens lanae cum glomere, quod nunc
Versat humi pedibus, modo iactat in aera, molli
Tergoris et flexu, sinuatis cruribus instat
Assultans, actus torto ceu verbere turbo.
Dein pepulisse pilam resupino corpore gestit,
Seminece haud secus ac ludat iam sorice, quem mox
Vi patria hamato discet pede stringere praedam
Optatam, e speculis nocte insidiata silenti:
Hoc in bella modo dentes exercet et ungues.
Si vero vagus irrepsit sub tegmine pulex
Ilia confodiens mordaci dente, repente

Ve' la gattina che spoppata appena
Balda di giovinezza, erta la coda
Lietissima saltella baloccandosi
A un gomitolo intorno, il qual co' piedi
Volve e rivolve, ed anco in alto il balza,
E mollemente ripiegando in arco
La schiena co' zampin, gira e rigira
Qual pinto da flagel paleo rotante.
Supina gode or palleggiarlo, come
Tra branche avesse topolin mal vivo
Cui tra poco a ghermir paterno istinto
Della tacita notte in fra gli agguati
Le apprenderà coll'uncinato piede
Desïato bottino; e denti ed unghie
Così addestrando. Che se errar fra 'l pelo
Sentì la pulce che le addenta i fianchi,

Nixa solo rictuque petit, pede scalpit et unco
Irrequieta, ferum misero si pectore possit
Excussisse hostem. Revocat tamen aemulus inter
Haec nova feliculus meditatus ludicra frater:
Illa dolum simulans, tacito primum agmine sensim
Fertur humi reptans, ubi at obvius, impete pernix
Occupat adversum, atque inter se proelia miscent
Consertis pedibus: crebris micat ictibus aer.
Iam satis est pugnae, et castris discedere tempus.
Illico lunato iaculantes tergore saltus
Sese proripiunt diversi, atque alite cursu
Quas primum nacti certant adrepere valvis,
Dat sonitum scaber unguis: adest si forte puellus

Ponsi a seder di botto, e senza posa
Tenta col ceffo e gratta coll'artiglio
Se dal seno scovar possa il molesto
Nemico. Intanto co' trastulli suoi,
La richiama il micino emul fratello:
Frode ella simulando in pria con lento
Moto s'avanza quattamente, scagliasi
Poi sopra lui ratto ch'ei vien da presso
Qual folgore, e de' piè fra lor conserti
Naspo fanno e viluppo; un brulichio
Per l'aura fa lo spesseggiar de' colpi.
Tregua alla giostra: di lasciare il campo
Venuto è il tempo, ed eccoli repente
Salti spiccando con arcato dosso
L'uno e l'altra sgusciar per via diversa,
E di corsa aggrapparsi a quelle imposte
A cui prima s'avvengono; dell'unghie
S'ode lo sgretolar: ma se fancello

Cum ferula infestus, mètuentes verbera, raptim
Desiliunt, fugiuntque, tori remeantque sub umbras,
Naribus unde minas efflant, oculisque coruscant.
Ecce autem sese herbosi ex ambagibus horti
Segnis, vel summi linquens fastigia tecti,
Mater agit, foribusque astat; quae ubi limine primo
Eiulat, ad notas liquere cubilia voces
Continuo, simul exultant circum ubera: matris
Dumque alter prensat caudam, fricat altera costis
Tergora villosis, non illa, oblita suorum,
Abnuit et natos mulcere et fingere lingua.
Interea ad veteres carpit dum pensa penates
Illam observat anus, venturi praescia, plantas

Per caso appaia con in man la ferza
Di lancio si dileguano, le busse
Temendo, e sotto l'ombra a ricovrarsi
Corron d'un letto, donde dalle nari
Spiran minacce e fan degli occhi lampa.
Dell'orto intanto dai sentieri erbosi,
Ovver de' tetti il culmine lasciando,
Riede la madre a passo lento, e appena
Appar dell'uscio sulla soglia e miagola,
Traggono i figlì al noto suon di sotto
Al covile, e saltellano d'intorno
Alle mammelle, e mentre l'un le afferra
La coda co' zampin, l'altra s'atterga
Alle vellose coste: ella de' suoi
Tenera non li sdegna e con la lingua
Li vien forbendo e careggiando insieme.
Lei frattanto rimira antiveggente
La vecchierella che alla rocca presso

Lingentem, visusque sibi, simul ora fricantem
Clunibus innisam: certis hinc tempora signis
Coniectat, pluviosve dies, vel aperta serena.
Si malas pes a fronte ad setosa laboret
Labra linire, dies equidem sperare coruscos
Fas erit, et sudam pluviis sine nubibus aethram;
Si vero hos temnat fines, perque occiput alte
Et vagus exsuperet, patulas ac atterat aures,
Omnia tum rauco misceri murmure, nimbis
Fervere, et effusi coelo demittier imbres.
Quid dicam, extremo cum sol devexus olympo,
Lumine purpureo, transvectus culmina montis,
Occiduas sine nube plagas perfundit et auro,
Quae me laeta manent spectacula? iam eminus agni

Al vieto focolar tragge la chioma,
Posata il piè lambirsi il muso e gli occhi
Lisciarsi; a certi segni indi argomenta
O i dì piovosi o il ciel seren: se forbe
Il piè le gote dalla fronte ai baffi,
Nitidi giorni e senza un nugol l'etra
N'è lecito sperar, ma se trascenda
Tai termini e alla nuca alto trascorre
Le cave orecchie comprimendo, allora
Vedrai per tutto infurïar procelle
E cadere dal ciel l'acqua a bigonce.
Degli altri che dirò lieti spettacoli
Che mi restano a dir? quando all'occaso
Diretro alla collina il sol dichina
E su l'occidue piagge i ranci spande
Purpurei rai? Già di lontan gli agnelli

Approperare domum distentas ubera matres
Sensere, ac saltu certant se effundere septis,
Balatu sonat omnis ager: data copia tandem:
Praecipiti exsiliunt cursu, matremque requirit
Quisque suam, et dulces avido rapit ore papillas.
Exsultat baubans, seque advenientibus offert
Et cauda blanditur heris canis; atque soluti
Colla iugo, fessi repetunt praesepe iuvenci.
Postquam iam reduces excepit villula, dictis
Uxorique viroque socrus gratatur amicis,
Quasque dapes coxit, caulem vilemque phaselum,
Rore maris micaque assum et caput exhibet agni.
Ast pectus potior maternum cura remordet:

Ver la casa approcciar senton le madri
Turgide le mammelle, e dall'ovile
Tentan di sprigionarsi; la campagna
Di belati risuona: alfin dischiusi
Corron precipitosi ognun la propria
Madre cercando, e cupido alla dolce
Poppa s'apprende. Il can bau bau latrando
Saltellon fassi a' suoi padroni incontro
Cenni facendo del gioir la coda.
Già deposto dal collo il giogo, e stanchi
Al presepe tornar vedi i giovenchi.
Già reduci il marito e la consorte
La casipola accoglie, i quai la suocera
Saluta in lieti accenti: indi sul desco
Pon verzotti e fagiuol lessi, e d'agnello
Un capo arrosto cui savore intorno
Fa sbricciolato pan con ramerino.
Ma più vigile cura in petto siede

Delicii memor illa sui, cuius saturari
Lacteolo cupit aspectu, cunasque revisit.
Cincinnos flavus, roseoque infantulus ore
Agnoscit risu matrem, manibusque tenellis
Ire parentis amans optatas gestit in ulnas,
Quodque inhiat pressis dependet ab ubere labris.
Nullus saviolis modus est iam blanditiisque.
Mensae discumbunt: haerentem pectore natum
Nec ponit studiosa, genas iuvat usque reflexam
Purpureas gnati, nitidos et cernere ocellos,
Dulceque ridentem tenero monstrare marito:
Ridenti, arridere avia arridere parentes.

Alla madre: ella memore del bimbo
Sua delizia ed amor vola alla culla
A disbramarsi nel desiato aspetto.
Il bambol biondo e ricciutello al riso
Affigura la madre, e le manine
Ver lei levate gongola d'andarle
Infra le braccia, e co' suggenti labbri
Dalla gradita poppa avido pende,
E mille e mille s'ha baci e carezze.
Siedono a desco; nè l'amato pegno
Ella depon sollecita dal petto
E si compiace a capo chin le guance
Vermiglie vagheggiarne e i vivi occhietti,
E in ridente mostrarlo atto soave
Al tenero marito; a quel sorriso
Il sorrider del padre e della madre
E il sorrider dell'avola risponde.

Felices nimium! obtutu defixus in uno
Miratus, moror, haec: nam nullo aut paupere cultu
Simplicitas, socialis amor, pro Iuppiter! ora
Curarum expertem innocuam promentia mentem
Eripiunt sensus; clamo laetusque libensque:
Moribus his equidem saeclorum curreret ordo
Aureus, aurea pax; perque omne inglorius aevum
Ignivomas terris stragemque necemque ferentes
Claudere iam Chalybum properares, Kruppe, tabernas.

Veramente felici! a quella vista
Io non batto palpebra: incolto o quasi
Il semplice costume, il maritale
Verace amor, che più? l'aspetto istesso
Che la pura rivela alma tranquilla
Mi rapiscono i sensi. Io lieto, io pago
Grido: con tai costumi il secol d'oro
Tornerebbe per fermo e l'aurea pace;
E senza gloria tu borusso Fabbro
Correresti a serrar le tue fucine
Di stragi e morte apportatrici al mondo.

GIOVANNI ROSATI.



TANNEREIS

Vivitur parvo bene.
HORAT. 2. *Od.* 16.

Venisti tandem!..... Generis solatia nostri
E coelo post tot saecula, Tanner, ades.
Macte! tibi cedit quidquid fuit ante virorum,
Ut nitido cedunt sidera pulsa die,
Seu quis conatus vitam excoluisse per artes,
Seu patriae inventis utilis esse novis.

TANNEREIDE.

Poco a ben viver basta.
COLONNETTI.

Sei giunto alfin!... Alfin l'umana prole,
Tanner, ebbe da te celeste aita:
Vedi; come le stelle al novo sole,
A te dà loco la falange ardita
Di que' grandi, che a l'arti ed a le scole
Strenuamente sacràr sudori e vita,
O che, scoprendo, al suol toccato in pria
Schiuser di civiltà più larga via.

Tanner ades! Volta, Galvane, facessite, tuque
Harlemo, Coster, qui asseris achetypos (1).
Quotque repertores hinc usque ad sidera noti,
Cedite, consuluit valdius iste suis.
Vos nugas orsi, hic studuit ieiunia ventris
Placare, atque unam, quod caput, urget aquam.
Hanc maria, hancque lacus, putei quoque, flumina, fontes
Sufficient; alias proteret unda dapes.
Aspice simplicibus vescuntur ut omnia lymphis,
Omne animans hausta robora ducit aqua.

(1) Lorenzo di Giano Coster è tenuto da molti in Olanda per inventore della stampa.

Ti cela, o Volta; tu, Galvan, ti cela,
E tu, Coster, che ai tipi Harlem fai culla:
O scopritori, che la fama inciela,
V'affaticaste voi per un nonnulla.
Ecco Tanner! ei sì, gli arcani svela,
Nè lascia altrui da rivelar più nulla:
Del ventre vuoto ei sa calmar lo strazio,
E con l'acqua, ch'è più, renderlo sazio.
E pozzi e fiumi e fonti e laghi e mari
Ministran l'acqua, che altri cibi espelle;
Merto egli è sol de' rivi dolci e chiari
Se prosperan le cose e si fan belle.
L'acqua sostenta gli animai, del pari
La più feroce razza e la più imbelle;
Corrobora il lion altorugghiante,
Il largo bove e 'l corridor fumante.

Nec tantum haec imbelle genus, sed et acre, leonum
Corpora alit, viget hinc taurus et acer equus.
Quid quod et ipsa viros, humanaque pectora lympha
Roborat? exemplo durus arator erit:
Nonne sitim assuetus vitreo restinguere fonte
Corporis atque animi viribus ille valet?
Hac arte innixus duxit Rizzolius (1) ingens
Extremum incolumes tempus ad usque dies.
Dicuntur veteres currentia vina bibisse;
Verius ille fuit simplicis humor aquae.
Pavit et humani generis nonne unda parentes?
Quadrifida Edenis regna rigabat aqua.

(1) Celebre Chirurgo Bolognese, astemio.

E stupirai se anco ne' petti umani
La pura linfa vigor novo infonde?
A te 'l villan da le callose mani
Ben con l'esempio suo chiaro risponde,
Egli che solca le colline e i piani,
E beve del ruscel le picciole onde:
Tal, bevendo acqua, per settanta soli
Bevve salute il professor Rizzoli.
Fama sonò che nel fluente vino
Spegnessero la sete un dì le genti,
Ma quel fu d'acqua umore cristallino,
E l'onde in quattro parti trascorrenti
De l'Edenne pe 'l florido giardino,
Sbramàr del mondo i primi due parenti,
Che viti non avean, ma nè pur mali,
Sani la mente e il corpo, ed immortali.

Hinc aberat vitis, mala sed procul omnia, sed mens
Sana, artus validi, nescia vita mori.
Eheu post vitem generi quot tristia nostro
Nata, quot heu terris incubuere mala!
Inde madet mens, hinc torpent in corpore vires,
Hinc ardent fratres conseruisse manus.
Cum tamen haec hausta dimanent commoda lympha,
Quam mage, quae, Tanner, repperis ipse, nitent!
Te veniente abeunt linquentes arva coloni,
Emeriti ponunt irrita aratra boves.
Nam mala pauperies stygias remeabit ad umbras,
Deficietque ipsa deficiente labor.

Allignata la vite, ahi! chi può dire
Qual s'avvinghiasse a l'uom mortifer'angue?
Si videro le menti intorpidire,
Morir le forze nel corpo che langue,
E sol destarsi atrocemente l'ire
A dar di piglio nel fraterno sangue.
Ma tu l'acque al mortal cenni con mano,
E i mali, o Tanner, se ne van lontano.
Te visto, l'arator più non si sbraccia,
Volge le spalle al campo, e addio gli dice;
E più il sudato giogo non impaccia
Del giovenco la languida cervice:
Povertade in Averno si ricaccia
E Fatica, che in quella ha sua radice:
Nè l'errante nocchier con merci estrane
Ha più mestiero di buscarsi un pane.

Nec vagus externas inhiabis, navita, merces,
Nam novus in promptu est, ne moriare, cibus.
Nec rabies ventris nostris de finibus indas
Agricolam incertas quaerere coget opes;
Saepius ut fractis, infandum, navibus exspes
Enatet, aut alia corpora linquat humo!
Eia agite, o populi, discetis vivere parvo
Sensim, et venturi cura sedebit iners.
Quid struitis? celebri quid consultatis in aula,
Patres, ne possit turba perire fame?
Rectius hic inopes doctor vetat ire sub umbras,
Obstabit leto vena perennis aquae.
Cognatas iugulare feras gens impia posthac
Dediscet, fratrum et mandere membra boum.

Non salperà cultor, che da segrete
Americane zolle argento speri,
Il qual, pigliato a la dolosa rete,
O in alto affoga o muor fra gli stranieri.
Viver di poco, o genti, apprenderete,
Posti de l'avvenir tutti i pensieri;
Ed a la fin la Camera e il Senato
Non parleranno più di macinato.
Del povero a la vita ei ben provvide,
Che disse un rio bastar d'acqua perenne:
Non si vedrà, come finor si vide,
Bestie sgozzar, da poi che Tanner venne;
E cadrà da le destre fratricide
L'alzata sopra il bue dura bipenne.
E voi, trascorse età, foste sì grosse,
Che intentata fin qui l'opra restosse?

Tantane vos tenuit tantarum inscitia rerum,
Quae ante hunc fluxistis, saecula prisca, diem?
Vosne, tot illustres animae, latuere, repertor
Quae facili hic nostris protulit arte malis?
Aggredere, o, meritos (omnes nam vincis) honores:
Te mea, si quid erit, musa perire vetat.
Quin etiam pario signum de marmore ponam,
Tanti ubi sit facti littera scripta memor.
Tu stabis, doctor, redimitus tempora iunco;
Undique sub pedibus fons salientis aquae.
Quinquaginta aderunt implentes dolia circum
Belides: haec facti littera testis erit:
Ille hic est Tanner, fureret cum turpis egestas,
Primus qui docuit fonte levare..... famem.

E voi, grandi Alme in ogni tempo sorte,
L'ingegno aveste a la scoperta fioco?
A te dunque, Dottor, a te sien porte
Le laudi; altr'uom non ti contrasta il loco:
A te mia musa vieterà la morte,
E, se a farti immortal mia musa è poco,
T'innalzerò marmorea statua, e noti
Fian tuoi sembianti agli ultimi nepoti.
Tu sorgerai cinto di giunco il crine,
A' piedi tuoi zampillerà una fonte,
E le cadenti linfe cristalline
Cinquanta accoglieran Belidi pronte;
E, testimon d'un nome senza fine,
Si leggerà del piedestallo in fronte:
Questi è quel Tanner, che in etadi grame
L'acque additò per satollar.... la fame.

Giuseppe Albini.

CROFFOTANNEROMACHIA. (1)

Nihil est ab omni parte beatum
(HORAT. II *od.* 16).

Bella novis pugnata armis, concurrerit actus,
Musa, quibus fatis orbis uterque, cane;
Binis ut data sit res, lisque dirempta duello,
Dum Batavi hinc mittunt inde America suum.
Defendit Tannerus aquam, urbs Hollanda cachinnat,
Accipit unda illum pellere quando famem.
Itala crediderat, germana, hispanaque pubes
Vitam hoc mortales degere posse modo.
At non emunctae fertur quae Hollandia naris,
Haud nimium pulchris, credula principiis.
Inde irae: ast inter censores eminet unus
Tanneri famam qui lacerare solent.
Quid tua falsa, inquit, iactas ieiunia? Croffus,
Desine me veri ludere imaginibus.
Anne tuos, versute, dolos nos posse latere
Reris? non aqua, ius arcuit interitum.
Cumque videreris toto proflare soporem
Pectore praebebat pabula amica manus.
Per cava fulcra tori iucundo subdolus haustu
Iuscula sugebas, ubera quale puer.
Peius aqua nihil est! nihil est quod viscera torquet
Acrius; illa velut corpora virus edit.
Infelix optat sitiens hydropicus undam,
Nec levat, auget enim dum bibit ille sitim.

Et si pergat adhuc acheloia pocula siccans,
  Tenditur in cucumin non bene venter. — Aqua
Nedum alat occidit. — Nos, ne mirere, Batavi
  Bella ideo undoso movimus usque mari.
Aggeribus, leti caussam, compescimus undam
  Ne inficiat veriti pocula lympha meri.
Potio at Hollandis fertur gratissima, nulla
  Quam praeter magis est quae facit ad stomachum.
Hac hausta excito recalescunt sanguine venae,
  Sese habilis membris insinuatque vigor,
Quem nitidis oculis et rubro est cernere naso,
  Nectar rere Deûm, iuniperumque vocant (1).
Haec inter, clamor risus convicia gliscunt
  Pocula, fatidicas dum tenet ante fores
Hollandos lucri ductos spe cura peculi,
  Amstellae e media qua fugit urbe liquor.
Non ego, si hoc quis dumtaxat producere vitam
  Nectare posse homines autumet, abnuerim.
Saepe ille haec secum, unanimes aut inter amicos.
  Sed reticere vigil nescia fama volat.
Fama volat? totum vulget quo audita per orbem
  Nil fidit pennis, indiga nilque tubae.
Iamque aliam nostro mortales tempore gaudent
  Vulgandis rebus se reperisse viam.
Non satis est longos ferro circumdare tractus,
  Non est electrum perdomuisse satis.
Verba sed ipsa volant, magnete vehente, recepto
  Lamina ubi intremuit pyxide clausa sono.

(1) Lo *Schiedam* estratto di Ginepro detto dalla città omonima. De Amicis *Olanda, Rotterdam*.

Est nihil occultum; vix tuta silentia, quidquid
Increpuit terris hoc, *thelephone,* refers.
Audiit oceano tellus submota refuso,
Vox Tanneri ipsas perculit auriculas.
Talibus extemplo auditis exarsit in iras!
It, sedet, assurgit, tum scabit ille caput,
Mene, ait, incoepto victum desistere? mene
Mendacem Hollandos fingere posse sinam?
Non ita: non spretae Iunonem iniuria formae
Coxit, Tannerum crimina sicut aquae.
Exoriare aliquis.... date tela; infigere dentes
Est capiti inviso sed mihi primus amor.
Fer peram, calo, sulcandus Atlanticus; ibo
Tannerus spretae non piger ultor aquae.
Tuque mane, coniux, longa est via; denique figes
Oscula victori vix numeranda viro.
Iamque vale - Haud patiar...solum in discrimina mittam?
Mene fugis? Paulae, vir, miserere tuae.
Ni tecum sinis ire, mori me denique coges:
Vivere, seu tecum est dulce ubicumque mori —
Consilium refero, venies, jam parce querelis:
Rursus testis eris quid mea possit aqua!
Itur qua curvo ignipotens in littore fumum
Multus agit, cursus approperante rate.
Dì maris, hunc hominem servate in bella ruentem,
Neu sinite aequoreis piscibus esse cibum.
Bella quod Hollandis nuribus geret ille loquenda
Gloria Tanneri et vestra perennis erit.
Circum illum iactant rorem delphines amarum,
Assultans Protei ludit et omne pecus.

Interea orbe novo antiquum defertur in orbem
  Navis ad Austrinos impete pulsa sinus,
Ferte Aganippeae cyatum mihi protinus undae
  Ne impediat cantum tussis anhela, Deae,
Magna cano: Amstellae tandem sub moenibus urbis
  En Tannerus adest, cunctaque lustrat avens.
Obstupuit primo aspectu, centena gygantas
  Brachia jactantes ut per inane videt.
Cernitur heic Croffi, mea lux, exercitus omnis?
  Paula, statim praestat nunc revocare gradum.
Sic ait: Illa, tibi pedibus timor addidit alas
  Vir, dilecte tuae, nunc animis opus est.
Nonne vides versent immani ut turbine venti
  Lintea et antennas quo mola farra terat?
Non ita, non, quondam timuit tartessius heros (1)
  Turres cum totidem credidit encelados.
Haud tibi, parce metu, invictus promittitur hostis,
  Tanneroque reor cuncta minora meo.
Dixerat. — Ille oculis caute circumspicit urbem,
  Miratur pontes, tecta, cacumina, aquas.
Ecce autem praeco conclamat voce repente
  Vocem quae posset vincere stentoream:
Hic est qui sola tolerat ieiunia lympha,
  Croffi nulla fides causa venire fuit.
Diditur hic rumor; caput unusquisque fenestris
  Exserit, est tanti cernere posse virum.
Vix lucescebat: somno tu, Croffe, sepultus
  Stertebas, Calybe cum ostia pulsat anus:

(1) Don Chisciotte.

Hostis limen habet, tota turbatur in urbe,
Surge, ait, atque his nos eripe, Croffe, malis.
Excitus ille trahens imo suspiria corde
Oscitat, atque oculos terque quaterque fricat.
Hostis ubi? hostis ubi? clamat, ferte arma, lagenam
Iuniperi, his armis vincitur ultor aquae.
Nec cubito remanet presso, sed pocula siccat.
Multa: hostis nunc nunc excipiendus, ait.
Eia age, rumpe moras, ocreas, femoralia, tegmen
Fer capitis, Calybe, nec, rogo, omitte pedum.
Sic celsus graditur, lentoque e limine gressu
It: Calybe, claudens plurima vota facit.
Restitit at subito, per scalas namque trahentem
Vix sese ignotum cernit adesse virum.
Advena iamque gradus ascensu evaserat omnes,
Donec sub pedibus area summa fuit.
Vir bone, Croffus ait, quisnam tu, quove, quid, unde?
Pacem an bella geris? sustulit et baculum. —
Sum Tannerus ego, Croffus mihi causa viai,
Ultorem mittit famae America suae. —
Illene potor aquae tu? Iura, vaferrime, iura,
Id sedet, explebant ne morerere famem.
An Croffus tu Tanneri contemptor? At ille
Sum, quid vis? inquit: desine desipere.
Non verbis hodie factis est usus, aquae vis
Est quadragenos experienda dies. —
O tribus Anticyris nunquam sanabilis, eia
In crucem abi, stygios experiare lacus.
Haec dicens urget Tannerum pectore Croffus
Arduus: at titubans ille referre pedem.

Infandum prohibete, Deae, renovare dolorem!
  Dum retro cedit non videt ille gradum.
Labitur inversus devexo pondere, praeceps
  Volvitur et casu fertur in ima gravi.
Dumque caput miserum cranio crepitante fatiscit,
  Dicitur et diras ipse precatus aquis.

(1) La falsa notizia della morte di Tanner che diede occasione a questo componimento fu recata dallo *Standard* di Londra colle seguenti parole:

« Tanner morì ad Amsterdam, vittima di un disgraziato accidente. Già da un mese egli era alloggiato all'albergo Cornelius, ove, per rifarsi probabilmente del passato, faceva cinque o sei pasti al giorno abusando anche di bevande alcooliche. Lo scopo pel quale si era recato colà era quello di rinnovare l'esperimento, ed era corsa una scommessa di 50,000 lire con il Dottor *Croff*, che in diversi periodici olandesi aveva negata la possibilità del digiuno del Tanner.

Questi avvertì il medico olandese del suo arrivo, ed un giorno essendogli stato annunziato che il Croff era venuto a trovarlo, uscì dalla camera, nella quale stava sempre chiuso, per incontrarlo: se non che, messo un piede in fallo, ruzzolò giù per le scale da cima a fondo. Fortissime lesioni al cervello ed altre ferite furono causa della sua morte, avvenuta il giorno dopo. I medici di Amsterdam avrebbero voluto praticare l'autopsia sul di lui corpo, ma la Signora Tanner vi si è risolutamente opposta, malgrado le più generose offerte. Pesato il corpo, fu trovato di 108 libbre. Al termine del suo digiuno il Dottor Tanner pesava 96 libbre.

(*Unione di Bologna* 3 Agosto 1881)



FICEDULAE

Salmaci, vel iaculum vel pictas sume pharetras
Et tua cum duris venatibus otia misce.
OVID. *Met.* IV. 7. 306

Mollior aura graves aspirans temperat aestus,
Quique altus iacuit madefactus ab imbre resedit
Pulvis odoro; arbos pomis onerata laborat
Puniceis: vulgo haec aurum haec imitata pyropum
Plurima pampineis dependet vitibus uva.
Annua cura, novem pariens fastidia menses,
Vosque catenati pessum modo abite, labores:
Otia quaerentem me raptat aperta per arva
Autumnus, mellita ferens qua gaudia pinguis
Hac peritura manu pascit ficeta volucris.
Excutior somno: facilis dat *phosphorus* atra
Sub nocte attritus medicato e stipite flammam;
Quae venatoris viridi dum inducor amictu,
Apto dum pandum capiti de more galerum,
Apparat arabiae ferventia pocula glandis
Queis nil ieiunam potius descendit in alvum.
Eque cavo scapulas instructus arundine ferro,
Sulphure fulmineo gravidam plumboque pharetram
Accipio: fumat folium stans tortile labris.
Iamque flagro crepitante volans rapit esseda mannus.

Clamosae ante ortum linquuntur moenia solem
Parthenopes, quaque Herculeam via ducit ad Urbem (1)
Est iter: herculeum cupido meta ultima litus.
Haec loca flammato quondam vastata Vesevo
Obruta quum cinere exitio dedit oppida, centum
Quae steterant annos, nigroque bitumine campos
Alte, armenta viros infando funere mersit;
Culta modo arva tenent: silvis quin obsita tellus
Frugiferis, poma Hesperidum non invidet hortis;
Omnia ubi, Vertumne, tuis, ubi cuncta renident
Muneribus cumulata tuis, Pomona, sed omnes
Pompeiana, inter, socia spatiatur in ulmo
Vitis, nectareum *Lacrymae* (2) latura saporem;
Pinguibus et passim ficulna exuberat arbos
Fructibus: hisque tamen facies non una colorque.
Castaneae (3) rubet in morem pars, altera duro
Cortice vix sese, visuque nigerrima (4), condit
Fronde sub hirsuta; cerae pars magna cadentique
Assimilis pendens (genus hoc ad litora Teucris
Vectum nostra ferunt, Troiaeque a nomine nomen) (5)
Colla plicat lacrymans, laceros ostentat et artus.
Haec vos ficus alit, dulces mea cura volucres,
Effetas alio postquam sub sidere praeda
Uberior, nostrique vocat clementia coeli,
Agmine cum toto migrantes gentis adulto.

(1) Ercolano sopra la quale distrutta ora siede Resina. — (2) Vino famoso. Vedi il Ditirambo di Ugo Bassi. — (3) Fico castagnuolo. — (4) Fico brogiotto. — (5) Fico troiano.

Quas ego dum inspicio luco protectus opaco
Ramorum furtim densam volitare per umbram,
Arma manu arripio, mentis vix compos, anhelo
Corda micant pulsu, flexaeque foramine cannae
Postico (1) intrudo teretes cum fomite capsas,
Haud mora iucundi coepturos praelia Martis.
Inde cavum laeva ferrum dextraque retentum,
Malleolum subter digitus simul impulit index,
Letiferum incenso contorquet pulvere plumbum.
Verum ubi disploso sonuerunt sulphure bombi,
Primaque deiicio quaesitam praemia praedam,
Atque aliae avulsas volitare per aëra pennas
Videre et socias proscissas turpiter artus,
Diffugiunt; qua phoebeos umbracula mori
Excludunt ictus, ilexve nigerrima ramis
Aufert conspectum, remeant, trepidantque silentque.
Hic latuisse diu cogit pavor, hic quoque pestem
Pellere posse ratae, nostramque evadere dextram.
Nil agitis! vestram evincet patientia fraudem,
Ut clare insonuit tenebrosos passa per aestum
Secessus, fuerat plumis ubi clausa novandis,
Capta oculis fringilla (2) (fides nam magna vocanti)
Desiluisse audent, et aperto credere sese
Haud timidae coelo; dulci quin carmine quaedam
Arcessita procul ferro venit obvia nostro.
Credula pro nimium! misero crudelia leto
Te quoque fata premunt. Victos modulamine quondam


(1) Fucile a retrocarica.

(2) Fringuello cieco stato in muda, al cui canto accorrono i beccafichi.

Blando ita Sirenum (1) verrentes aequora nautas
In brevia et scopulos, miserum, nil tale verentes
Impactos memorant animam liquisse sub undis.
At non ceratas cantu gens praebuit aures
Pellacem comitata virum, quem callida Circe
Admonuit, blandasque dedit depellere mortes.
Quo moerore gravi amentes sese aequor in altum
Praecipites misere: tulit tria funera pontus.
Obruit unda gulam, damnosaeque organa vocis.
At tu, Parthenope, diri solatia casus
Munere habes divum, clarae felicibus Urbi
Quod facis auspiciis nomen: nam gurgite postquam
Iactatum aequoreo corpus summa extitit unda,
Devexere procul Capreis natalibus austri
Ereptum ad litus, qua tingitur aequore parvus
Sebethus: pia Calliopes te sanguine cretam
Admirans texit defletam turba sepulchro.
Aucta tuo nova facta est Urbs pulcherrima rerum
Nomine, praeque aliis felici subdita caelo
Fumantem hinc scopulum, latum hinc circumspicit [aequor.
Ut folia extremae quando sub sidere Librae
Prima momordit hyems, iusto defecta calore
Non intermisso volvuntur ab arbore lapsu;
Haud aliter certam per dextera vulnera mortem
Me mittente cadunt, et terram pondere plangunt
Ficedulae: quot damna, eheu, quot vulnera cerno!
Ignitum huic violens rupit praecordia plumbum,

(1) Partenope, Lisia, Leucosia, figlie di Acheloo e di Calliope.

Concretaeque atro foedantur sanguine plumae.
Olli avulsi oculi, confractaque crura, vel acer
Abscidit huic lumens ictus de vertice rostrum,
Allisove iacet cervix obtrita cerebro,
Turpiter. Ast aliae, tormenti viribus actae
Quas pilulae strinxere, solo trepidantque gemuntque
Dantque incompositos vano conamine saltus.
Prona recumbit humi pars: creber anhelitus ora
Ilia et aegra quatit, plenoque e gutture sanguis
Volvitur; eiectum tellus simul ebibit imbrem.
Successu iam caedis ovans, votisque potitus
Reticulum complere paro; sed cerea primus
Afflatu explorare labor confinia caudae
Et patulum immodico lumbum qui clune renidet.
Desine, Parnassi iuga te ardua, musa, colentem
Dedecet in nigram mecum migrare culinam.



ALUMNUS DESIDIOSUS.

ELEGIA.


Improba Siren
Desidia (HORAT. 2. *Sat.* 3. 14)

Laeta abeunt, graviora manent! Periere secundi
  Tot lusus vacuo qui peperere dies!
Eheu quam propera canent conspersa pruina
  Prata, ubi nescierat finis adesse iocis!
Impiger aequales queis flexi auriga fugaces
  Parietibus pendent, stupea vincla, lupi.
Tum currus orbesque leves, puerilia passim
  Arma relicta solo pulverulenta iacent.
Acta pila hinc toties, atque inde remissa quiescit,
  Tympana tam grato pulsa sonore silent.
Folles quot vidi tumidos innare per auras,
  Hoc turrim, hisque tholos, illo imitante domum.
Et quoties coelum picti petiere cometae,
  Certa hac funiculos arte regente manu.
Pulchra abeunt, instant peiora! valete secundi,
  Gaudia cum licuit carpere tanta, dies!
Linquenda en tot cara, vocant crudelia namque
  Fata retro, expectant urbs et in urbe labor.
Aspicio reliquos, nostri quantum instar in illis!
  Qui graditur tacitus vix modo sanus erat.
Hinnitu hic cursuque fugam simularat equorum,
  Rure modo sicut tardus asellus abit.

Quis fuit invisas primus qui condidit urbes?
Ah! demens, immo perfidus ille Cain! (1)
Tunc sunt torquendae conlegia nata iuventae
Et peiora nigro carcere gymnasia.
Hinc libri tenuant miseros perimuntque legentes,
Hinc constat letum corripuisse gradum.
Libertas! o mellitum et venerabile nomen,
Tu mihi cordi, alius iam mihi sordet amor.
Liber ego natus, cur ergo haec vincula cerno?
Heu sum captivae fata secutus avis.
Quae nuper rapidis quacumque per aera pennis
Flectere pro lubitu sueverat ales iter,
Pro dolor! insidiis venantis capta dolosi
Claudi invita brevi carceris orbe dolet.
In caveae pulchra pro libertate tenellum
Obiecto rostrum vimine ut illa terit!
Pabula non puro oblectant data opima catillo,
Virginis aut tereti praebita ofella manu.
Hospitia incolimus castrensibus aequa tabernis,
(Ne versu illa quidem dicere forte queas);
Perbrevis hic lusus, longa at fastidia, censor
Et castigator namque decanus adest.
Dî meliora! abaco invitum te affigit iniquus
Dum tali in votis atque fritillus erant.
Ni facias, plectenda libro commissa notabit
Proque salutari litera tristis erit.
Expectata venit gratum latura soporem
Nox, quid? si ex oculis exulat ille meis?

(1) Cain aedificavit civitatem (Gen. IV 17).

Nam sola offusis patriam sub nocte tenebris
Cum repeto, rorat largiter unda genas.
Nec satis! et placido clausi cum lumina somno,
Mens fingit fuerat quae meditata die.
Tunc loca vitales auras ubi primitus hausi,
Caeruleo, subeunt, risit ubi axe polus.
Et caramque domum videor cunasque videre,
Iuxta et quae somnos saepe ciebat anum.
Ante oculos nec non optata crepundia circum
Effusa, illa animi gaudia prima mei.
Hei mihi! ut assultu iactatur pectus anhelo,
Iucundo et viso quam calet igne lare!
Quid, quando, genitrix, oculis venis obvia nostris?
Exsilio, inque sinus arbitror isse tuos.
Somnus abit; coram reserat qui limina durus
Verna astat, pulso dum strepit aere domus.
Doctrinam tali pretio sibi comparet alter;
Non opis ah! nostrae est his superesse malis!



MATER EDUCATRIX

Filios Corneliae apparet non tam in gremio educatos quam in sermone Matris.
(Cic. *Brut.* 58)

Non mihi diceris dimisso, femina, penso
Audax gymnasii quae scandis limina, sed quae
Cara viro puerisque colis, tua regna, penates.
Tales Sparta tulit, Spartaeque illa aemula Roma:
Me facis exempli memorem nunc esse poetam
In pueris tu nacta tuis, Cornelia, gemmas.
Tempus erat quo functi epulis, mensisque remotis
Surgere cunctamur vario sermone trahentes
Otia; sed patina vapor actus, et hausta venena
Redditaque, ut mos est, folii loca tortilis implent:
Laedere tunc pectus, cerebro nec parcere fumus.
At puer in primis matrem pertaesus inique
Vellicat increpitans: secedere tempus in hortos,
Ver geniale vocat resides et purior aura,
Mater, eo lusum. Mento tenus indice tangens
Ora, silere parens iubet; hinc dare verba, sedendi
Ut faciat morem. Ille iterumque iterumque rogare.
Annuit optatis tandem bona mater, eundi
Dat veniam ipsa sequens alacri comitante catello.
Ille putat digito exultans se attingere coelum:
Amenti similis fertur qua semita monstrat
Plurima iter culti per prata nitentia campi.
Flore frequens herbisque virens halantibus omnis

Ridet humus, cui tot fecit lux alma colores,
Iris quot ducit pictos delapsa per arcus.
Nec seducta absunt quos educat area foetus
Propter aquas, ut fraga rubris rutilantia baccis,
Adsunt divitibus pendentia mora rubetis,
Quae dum plus nimio tendit decerpere, mater
Huc ades, o formose, inquit, iam mitte morari
Ne te vel dumi laedant, stomachove labores.
Ille venit saliens, ducitque per avia gressus;
Cum subito (contrectat enim tentamine multo
Frontem) quid causae est cur circum tempora sensi
Assimile aërio quiddam nunc serpere filo?
Subridens mater; mihi vita o dulcior ipsa,
Flecte acies huc, quaeque rei sit causa videbis.
Qua ramos arbos hic porrigit unus et alter,
Parva, viden', fera, sed prudens per inane pependit.
Eiaculata (1) quidem quae condit stamina ventre
Suspensa insidias praetendit retia muscis.
Ipsa tenet medium, volucrique hinc agmine lapsa,
Appulit incautam si quam sors, nexibus urget
Multaque stridenti bibulo trahit ore cruorem.
Nate, ut araneoli quot erunt, ni fata resistant,
Qui tutum dum carpis iter quod doctus es a me,
Te capere insidiis certent. Fuge, nate, caveque;
Matris vive memor, monitus nec desere nostros:
Heu miseram tristis perimat ne nuncius opto.
Heus! quid vult, mater, volucris quae sepe propinqua
Profugit, veluti terram distringeret alis?

(1) Ragni volanti che si fanno un ponte sospeso del filo che schizzano a distanza di più metri.

Aut quae causa viae? Genitrix haec sedula contra:
Accipe quaesiti causam; vel quid mihi mentis
Est audi potius. Spissa hic ubi procubat umbrā
Textilis, ut mecum rimeris te occule, nate;
Nec multum tempus, verum mens augurat, illam
Cernere erit natis referentem immitibus escam.
Ore fave, fixoque obtutu immobilis haere.
Mox pretium morae erit. Torpebat spiritus et vox,
Provida cum volucris peragrato denique campo
Advenit, ramoque redux propiore resedit.
Nunc oculis opus intentis, fili, aure susurrat
Exacuitque parens. Puer alite totus in illa est
Visurus praeda arrepta quo tendere pergat.
Limes erat qua fronde nova mage spinea sepes
Luxuriat; ramo huc nidum philomela trifurco
Frondibus e quernis congestum et caespite molli
Aptarat; remeabat eo, iamque ille sonorem,
Qualem circ solent tenerae ieiunia prolis,
Hauserat, in digitos properans cum matre, manuque,
Motis contendunt cunabula visere dumis.
Expleri nequeunt arrectaque colla tuendo
Et patulum guttur. Fili, mea sola voluptas,
Tunc mater, cernis quali natura creatrix
Ingenio volucrem docuit componere nidum,
Et qua diligere implumes ratione coegit,
Nullum ut lasset opus, studio minuente laborem?
Intentus puer ora tenet ceu carmine fixus
Cantato, longumque iterat laetissimus, eia!
Scis, mater, quae nunc animo sententia surgit?
Deinde puer; deferre domum cum stramine pullos.

O quid ais, mea lux, adeo crudelis haberi
Vis, natos matri ut iuvet eripuisse tenellos?
In caput ante suum labentur flumina retro
Quam te tale sinam facinus committere; leto
Ipse brevi natos videas occumbere acerbo;
Mater, vae miserae, compleret questibus auras,
Nulla habitura dehinc raptae solatia prolis.
Mors veluti te, vel peior morte auferat error
Si mihi, luctu amens exosaque luminis auras
Finire optarem per quaevis funera vitam:
Una salus tenera nunquam abscessisse parente.

Nunc succis quas hortus alit felicibus herbas
Hic tueare licet, quarum tibi nomina pandam.
Crede mihi, usus ab his petitur non sola voluptas.
Fercula enim quaedam sunt optatissima mensis,
(Nil pueri moror has irritamenta gulosi)
Plerasque, in promptu non est comprendere dictis,
Humanis adhibet morbis medicina levandis.
Tu pro, nate, tuo captu discenda capesse;
Atque huc verte oculos. Cernis quas ordine plantas
Digessit cultor? pluviae his dare signa futurae
Copia facta (1). Puer non hactenus hiscere quidquam
Ausus, discendi miro torquetur amore.
Ne remorere, parens, rogat, et quae nomina, quoque
Haec fiant iam pande modo: tunc illa secuta est.
Corchorus (2) huic nomen, nomen convolvulus (3) illi,
Quas passis foliis pluvia impendente videbis.

(1) Piante barometriche. — (2) Anagallis arvensis. — (3) Convolvulus arvensis.

Flos aliis reserare sinum Iove praetimet udo;
Indicium hoc, adiante, (1) tibi, tibi lutea caltha. (2)
Contemplator item florem qui prostat hibisci (3),
Et quem de Veneris perhibent ploratibus ortum
Ac anemone (4) audit, si clausi luce manebunt
Adveniente, domi te contine, namque nec ipsi
Nescivere hiemem: quaedam, puta lampsana, (5), [sonchus. (6)
Vespere contingat patulum si prodere florem,
Crastina de coelo portendunt agmina aquarum.
 Mira quidem dicis, genitrix, sed desine plura,
Tot ne labantur de pectore nomina florum.
At quî tantarum potuerunt noscere rerum
Causas dic homines. Haec ille, et sedula mater,
Huc, sodes, prensatque manum, res ipsa loquatur.
Haec quae seminibus terrae deponitur indis
Admiranda tibi est inter pulcerrima plantas;
Tantum alia non Flora sua se iactat alumna.
Est frutice inferior, mage sed spectabilis herbis.
Assurgensque parum, foliumque simillima pennae.
Flos capitum flavus, foliis est vivida virtus;
Tange, videque. Puer digitum vix inscius herbae
Admovet: illa simul refugitque, timetque, coitque.
Non aliter retrahit vix tacta cornua fronte
Limax, inque orbem hirsuti glomerantur echini.
Exoritur matris risus titubante puello:

(1) Pampinella saxifraga. — (2) Calendula pluvialis. — (3) Hibiscus trionum. — (4) Anemone ranunculoides. — (5) Lampsana communis. — (6) Sonchus arvensis.

Oscula dein figit nato: tu forte requiris
Mirae adeo, dicit, quidnam sit nominis herbae?
Disce pudicitiae laudes, tibi disce timere,
Pars aeschynomenen, alii dixere pudicam (1). —
Haec quorsum tendunt? Causas ego discere rerum
Quì potuere volo. — Nondum mi cernis ocelle?
Tentando: tuus utque herbae vim repperit index,
Sic oculis quae vidit homo mens vertit in artes,
Inventis memorabilibus nam praesidét usus.
Addita sic lamnae, lamnae superaddita lamna
Fulgur in humanos usus imitatur olympi,
Nuncius unde austro filis perlatus ad arctos.
Sic quem saepe vides vapor exundantis aheni
Plaustra rapit centum magno stridore per orbem.
Nonne vides coelo ut follis spatietur aperto?
Deprensus causa est densusque et rarior aër.
Est locus inventis! rectoque ut tramite pergat
Forsan eris, mea cura, annis volventibus auctor,
Alter Tiphys agens folles per nubila remis.
Quidquid eris, cordi naturae maximus Auctor
Sit tibi cuncta movens. Scelus est ratione superba
Cunctorum Dominum proprio detrudere regno.
Una salus monitis non abscessisse Parentis.

(1) Mimosa pudica, erba sensitiva.



MUSICAE LAUDES

..... ingenuas didicisse fideliter artes
Emollit mores nec sinit esse feros.
Ovid. *Pont.* II. 8.

Nec spretam superis placitam et mortalibus artem
  Credere quam totum est muneris esse Dei,
Cuius amore flagro tenero devinctus ab ungui,
  Nostra cane imparibus nunc, Elegia, modis.
Quotquot Parnassi colitis, Musae, ardua montis
  (Est quippe a Musis Musica dicta prius)
Cumque novem Musis mihi praesens auctor Apollo,
  Ipse fave sollers pellere fila lyrae.
Praebe aures: sua naturae modulamina sunt, nec
  Terrarum grato pars caret ulla sono.
Aera per liquidum, et qua frondea procubat umbra
  Percipe quam vernae dulce loquantur aves.
Garrulus et puris inter musco oblita saxa
  Rivus iucundo murmure fertur aquis.
Lenes dum vibrant umbrosa cacumina venti
  Perblandos modulos concinit omne nemus:
Laetitiaeque putes modo, nunc dare signa doloris,
  Grata modo requies promitur, ira modo.
Qui sphaerae in morem terras amplectitur aer,
  Quo spirare licet, quo sine vita perit,



Ipse est qui celeri trepidant dum corpora motu
  In nostra exceptos murmurat aure sonos.
Chorda, crinito si quando pellitur arcu,
  Vibrante, in querulos panditur aura sinus.
Aut ebeno detrusa cavo buxove recepta,
  Claudente obloquitur vel reserante manu.
Quin per pulmonis liquidos expressa meatus
  Dulcisonum patulo fundit ab ore melos.
Inde per auriculas animum demissa voluptas
  Irritat, sensus eripiente sono.
Verum instrumentis ne sit sonus omnibus idem,
  Quo meat in causa flatus hiatus erit.
Quodque hiat ore magis philomelae tibia (1) cantum
  Elicit, admoto flaveris ut labio.
Fistula cui gemina fiunt spiracula lingua (2)
  Acrem dat, qualem sima capella, sonum.
Quod si flectatur cornu de more recurvi (3)
  Humanae liquet vocis habere gradum.
Corpore si maior calamus si longior extet (4)
  Dum reboat credas voce referre bovem.
Ori cui patulo sola haeret lingula buxum (5)
  Sidereum iures personuisse melos.
Haec mihi primus amor, primaevo hac flore iuventae
  Laetatus, claros hac modulante sonos,
Usque gravi bombo tinnitu motus acuto,
  Leniter aut celeri luderet illa fuga,

(1) Flauto. — (2) Oboè. — (3) Corno Inglese. — (4) Fagotto. — (5) Clarinetto.

Constiti ego in digitos, labioque arrectus hiante
Haerebam obtutu, cetera factus hebes.
Mox inter digitos versare et concipere auras
Non puduit passum me intumuisse genas.
Palladis his artes studiis nunc solor amicis
Otia dum vacuo carpere iusta licet.
Spiritus ingestus labiis per inane metalli (1)
Volvitur atque aures pulsat acerba sonans.
Cuique suum sic constat ut internoscere possis
Ingenium, ars gaudet se haec reperisse via.
Mercurio pulsante ferunt, si credere dignum
Est, primum nervis perstrepuisse chelyn.
Haec lyra dicta fuit: citharae monstrator Apollo
Narratur tentas imposuisse fides.
Cresceret in ventrem humani quod pectoris instar
Vocem expromentis nomina sorte tulit.
Inventos fertur calamos inflasse, sed ultra
Non passa est tumidas nacta Minerva genas.
Abiectos cepisse stetit tibi, Marsya, magno,
Cui bene deripuit victor Apollo cutem.
Cera compactis calamis Syringa vocavit
Pan primus labium summa per ora terens.
Talia temporibus finxit iam fabula priscis
Musica quo nobis ars in honore foret.
Divinam duxere artem sane, organa quando
Nulli accepta essent non referenda Deo.
Quid dicam tibi patre Lino data barbitos, Orpheu,
Quae facit icta tua quantaque mira manu?

(1) Ottoni.

Tanta hinc flexarum miracula dicta ferarum
Commotae quercus, saxa coacta sono.
Quin etiam te mulcentem fera tartara cantu
Euridicen fama est eripuisse tuam.
In coelumque recepta novum inter sidera sidus
Qua usus es aeterno nunc micat igne Lyra.
Si caritura fide haec veteres finxere poetae
Musica quanti equidem sit facienda patet.
Credula sed sileat miracula vana vetustas
Quid cum fabellis sit mihi? vera loquar.
Certa fides tibi delapsam hanc est, India, coelo,
Pallere hac solem, solvier imbre polum.
Quid quae ultra Gangem longe iacet ultima tellus
Non fuit aemathio cognita quae una duci?
Posse virum illa negat populorum flectere habenas
Iure huius nostrae qui rudis artis erit.
Assonat et crepitu tellus mareotica sistri,
Et pulsare niger timpana doctus Arabs.
Iudaeûm ad chordas canere est ac templa canendo
Pressa nare iuvat personuisse Dei.
Inclyta sed nullae certent tibi, Graecia, gentes
Artium et altrix quae diceris atque parens.
At vos quae tanti facitis modulamina, Graii,
Nil tranversa tuens martia Roma colit.
Scilicet haec populos assueta lacessere bello
Est acri sonitu non nisi capta tubae.
Audiit aut lituus quos, classica, buccina bombos
Perstreperent, ferrum corripiente manu.
Tandem at parta quies; itali labentibus annis
Argolicum assuerunt ebibere aure melos.

Hoc placuit: ludis primum circensibus apta
Caesaris inque aula musica coepta coli.
Aretina (1) autem sua nomina vocibus ex quo
Constiterunt, cursus culmen ad omne fuit.
Tunc chordis crevere modi, tunc temnere fines
Ars priscos, sacrum perdidicitque melos.
Audi mutato laetantur ut omnia saeclo.
Mille vides vero templa dicata Deo.
Fit sonitus, laetoque pias cum murmure laudes
Nocte dieque libet concinuisse Dei.
Progressa est incrementis tunc usque secundis
Et quae solivagis musica scripta notis,
Et nulli exaudita prius discordia concors
Curarum exorta est harmonie illa quies.
Dissona nam ut quaedam sic quaedam consona certa
Lege inventa, modis quique praeesset amor.
Mirus amor quo unus constat diversa canentum
Concentus: punctum musica ita omne tulit.
Arte quid hac immortales potuistis olores
Ausoniae nondum nuncia fama tacet.
Pulverulenta cadant vestris ne oblivia chartis
Alarum efficiet verbere fama vigil.
Belli alii studiis se iactent, aerea conflent
Tormenta ad manes quo brevius sit iter,
Contendant immetatas pelago addere moles
Gloria queis pelagi tundere posse minas.
Ast alii melius poliant adamanta, licebit,
Ornamenta tui, virgo, futura sinus;

(1) Frate Guido d'Arezzo inventò le note musicali.

Reticula e tenui texant pulcherrima filo,
In pretio coetus quae muliebris habet;
Italia, at divinorum tibi regna modorum;
Fallitur hoc proprium qui negat esse tibi.



IN OBITU FRANCISCI PAVESI MEDIOLANENSIS

LATINI POETAE CLARISSIMI

ELEGIA

> Nomine non alio superem post fata, Batavis
> Italus edicar doctis meruisse probari
> FR. PAVESI. *De laud. Henr. Hoeufft*

Pergite romulei, cessatis? pergite, vates,
  Ultima certanti meta December (1) adest.
Laurea namque vocat latiis promissa camenis
  Et Batavi Henricus gloria magna soli.
Haec Phoebus: per crura pili steteruntque per artus,
  Obriguere gelu corda, ciente Deo.
Laurea quippe manet sed Phoebo digna locutos,
  Phoebe, adsis praesens ausibus ipse meis.
Phoebe veni; tibi sic vireat parnassia laurus
  Nec male cauponae pendeat ante fores.
Tu mitis facilisque mone, non qualis eras quum
  Traxisti tumido tergora capripedi.
Ille imo gemitum ducens de pectore fatur;
  Vera locutus tam quam placitura minus:
Praemia doctae olim frontis parnassia laurus
  Cauponae pendet, pro scelus, ante fores.
Futilium quantum est effusum huc usque modorum!
  Effutire semel parcite inepta, precor.

(1) Termine pel concorso di poesia latina di Amsterdam.

Materiam an nigros semper sumetis ocellos,
Certent quae aut dominae labra rubore rosis?
Pro pudor! idne viri est moderantis cuncta? sacerdos
Phoebi hic? degeneres ah procul este procul.
Odi inopes rerum versus, odere severum,
Queis est permissum carminis arbitrium;
Nedum immunda probent puris indigna Camenis
Cum grege quid nobis est, Epicure, tuo?
At prius aonios potare libentius haustus
Sit cordi, afflatu mens caleatque Dei.
Quaerite secessum, vulgares spernite coetus,
Ac memori mundi corde putate vices.
Carminibus quot digna inerunt! quis laude negabit
Rem miram aut celebrem posse carere virum?
Nec satis est, Batavus tales vult esse poetas
Maecenas (1) quales aurea saecla dabant.
Annuo: gemma nitet veluti quam mordeat aurum,
Sic pulchro et dulci carmine vera movent.
Sub coelo nutrita tuo pulcherrima vatum
Cara mihi soboles floruit, Italia.
His ego laetabar; tuque o mea cura, Pavesi,
Vatibus e tantis une superstes eras.
Occidis ipse modo? o factum male! vidimus in te
Et studium sollers dives et ingenium.
Arte quid hac posses tua sunto poemata testes,
Quae, Francisce, tuum nomen ad astra ferunt.
Seu canis exactum patria tellure tyrannum (2)
Dum patriae dextras unus obarmat amor;

(1) Henricus Hoeufft auctor certaminis poetici.
(2) Fasti Insubrici.

Seu longum Insubres (1) prohibes transmittere pontum,
Prudente in primis consiliante Sene;
Fronde mea dignus nullo non tempore victor
Doctorum volitas multa per ora virum.
Quid quando Hollandos (2) victricia signa per orbem,
Gestantes, artes tollis et omnigenas?
Non tibi, fari ausim, concedit musa Maronis,?
Res adeo ingenium movit et eloquium.
Tanto tu vate haud poteras indictus abire
Vir (3) per quem est doctis sancta palaestra viris.
Non quod ter laudem, nummi bis nactus honorem
Praemia magna quidem te vocitante tulit;
Sed quod te constat latiis duce gloria musis,
Effugitque avidos lingua latina rogos.
Ausus et Augustam (4) versu lenire parentem
Nati plorantem fataque acerba viri.
Nil miserabilius, nil carmine dulcius illo
Quod mulcere unum *saucia corda queat.*
Prospiciens coelo natus sic infit ab alto:
Parce Parens lacrymas fundere parce preces.
Vitam ego mutavi aeternis felicius annis,
Cum *nostra in melius verterit orsa Deus.*
Intendas regnis animum melioribus oro,
Nil quando tellus quo releveris habet.

(1) De Insubrum agricolarum in transatlanticas regiones demigratione.
(2) Hollandia.
(3) Iacobus Henricus Hoeufft certaminis poetici in urbe Amstelodamo Auctor.
(4) Ad Eugeniam Augustam Consolatio.

Quid superest? ut sis felix tibi brachia pando
O mater, venias: haec modo cura viget.
Plangite romulei scriptores, plangite vates
Ille abit ex oculis nec nisi luctus adest.
Et vos Olonae bibitis qui fluminis undam,
Neglectum vivum iam gemite exanimem.
Aetas nonne stetit reviveret ut illa per ipsum
Ausonii aeternum qua meruere decus?
Italia! (1) o rerum fueras quae maxima, donec
Romula res dextra consilioque stetit,
Quid superest tanti imperii tibi? fracta parentum
Corrueras vitio, iamque recincta comam
Barbarico tua colla iugo lacrymansque gemensque,
Subdideras. Damni at grande levamen erat
Docta tibi Latii fuerat quod lingua superstes,
Extremae Imperii e funere relliquiae.
Hanc quoque conatus pede qui te contudit hostis
Eripere, infandum, barbara ut ipsa fores.
Si tunc incassum cecidit sententia Gallis,
Vicit enim audentum barbara corda pudor,
Id patriae servare decus contendite vates,
Neu sinite externos regna tenere sophos;
Extinctumque Senem decoret de marmore bustum:
Has artes dignum est qui coluere coli.

(1) Foscolo — Sonetto *Te nutrice alle muse ospite e Dea.*



IN CALAMITATES NOSTRI AEVI

ELEGIA

Es, Deus, in terris, quidquid nova iactitet aetas.
Res nunquam haec sanis inficianda viris.
Es, Deus; affusa ut rebus lux alma renidet,
Numen ita in nobis cernitur esse tuum.
Magnaque uti referunt terrarum cuncta potentem,
Securum te sic ipsa pusilla negant.
Te quum quassa tremit rauco cum murmure tellus,
Teque furens motis asserit aequor aquis;
Et te siquando rapidum secat aethera fulgur
Horrisonumque tonat, credimus esse Deum.
Per medias agitur mortis tibi Nuncius urbes,
Sontes insontes ense dat ille neci.
Te mittente furit, tua nec dare funera vindex
Cessat ni iratam te cohibente manum.
Magna satis nuper luimus commissa superque,
Parce, Pater, nostrum perdere, parce genus.
Quot mala, me miserum! nos impia vidimus aetas,
Sunt versa in nostrum cuncta elementa caput.
Aestuat hic mediis vulcania flamma theatris
Non semel, eheu quot mors inopina vorat.
Est artus ignis, sternuntur limine tunsi
Dum fuga per postes aggerat ipsa neces.
Sed tamen adverso fuit igne nocentior unda,
Exiit ex imis illa superne vadis,

Indignata suos fines, subiectaque circum
More novi spumis obruit arva maris.
Sed nec aqua caruere domus, somnoque iacentes
Vix tacto externat maximus imbre pavor.
Ah! quoties subit, infelix, tua, mater, imago,
Et videor casus aure bibisse tuos:
Nox erat, alta quies fessos infusa per artus
Lenibat solido naviter acta die,
Meque meumque virum somno torus unus habebat
Devinctos; natae pone cubile meae.
Parva quiescebas, speciemque simillima, nata,
Caeliti, et ipsa, oculis plus mihi cara meis.
Cum subito tundit gemitus lacrymabilis aures
E tecto nostrum quod prope limen erat.
Passa viri fodicare latus vix non sine multo
Angore, haud cunas sat tetigisse semel.
Ingeminat clamor, circum iam fundimur undis,
Unica spes miseris visa parare fugam.
Infelix cum patre parens, spem pascis inanem,
Pro cunis gelidas perdita stringis aquas.
Dum rapidis moriens fundo absorberis in imo
Vorticibus carum dextra requirit onus.
Euganei nant campi, quaque iuga egit arator
Nunc vehit ereptos navita lintre neci.
Idque parum visum superis, nisi letifer urbes
Excuteres dorso, mulciber, ipse tuo.
Urbs erat Inarimes medicis uberrima lymphis,
Multi sanandis quo coiere malis.
Hanc subito assurgens tremitu vulcanus iniquo
Subruit, excussit cumque colente domos.

Quot gemitus duxere viri, quot femina questus,
Saxa per et lateres dum peritura ruit.
Heu loca Sirenum in vastum conversa sepulchrum!
Nunc cruce funerea sola nigrescit humus.
Quando modus lacrymis erit, aut, Deus, iste quiescet
Ensis? an est nostri sic tibi pulsus amor?
Dum loquor extremis morbus perlatus ab Indis
Italiam atque oras, Sequana, tabe tuas
Inficit: horresco memorans! singultibus aedes
Insuetis resonant: mors rotat atra manus.
Non validae aetati teneris nec parcitur annis,
Mors, quot cara eheu dissociata tibi!
Heic matris leto superaddita funera natae,
Mittit et inferias flens ibi sponsa viro
Interitura! Patrum densantur ubique domorum
Natorumque neces; luctus ubique, pavor.
Marmoreis ubi picta nitent aulaea columnis,
Lodix iniicitur pulla cadaveribus.
Atque ubi festivos plangebant corpora saltus
Vespillo victor fertque refertque pedem.
Extulit exanimes qui composüitque feretro
Nescius est an cras ipse ferendus erit.
Sternuntur passim dilapsa cadavera tabo
Nam non sunt dextrae condere mille satis.
O nostri miserere, Pater, peccasse fatemur,
Nos nos non patimur ponere tela Deum.
At satis. In melius referemus, tu annue coeptis,
Consilia: admoniti est discere iustitiam.

CHRISTIANA PROGRESSIO

Est modus in rebus, sunt certi denique fines
Quos ultra citraque nequit consistere rectum.
Hor. i. *Sat.* I.

In terris animal, quo non praestantius ullum
Extremo veniens coelo sol aspicit, uni
Quoi sublime caput, versusque ad sidera vultus,
Et decus egregium est formae, fandique potestas.
Quin aliquid maius pecude id secernit ab omni,
Vis artus animi, divini spiritus oris
Afflat; ea una triplex veluti Deus ipse creator,
Vult, noscit, memori tenet omnia cognita mente.
Est hic homo: en cuius naturae conditor orbem
Misit in arbitrium, pecudum fecitque potentem.
Nil mortale animus, brutae expers materiei
Spernit humum, rerum secreta tuetur, et artes
Repperit ingenuas; mores mollire colendo
Silvestres studet, hoc agat ut felicius aevum.
Magnarum caussae rerum super, ira, voluptas
Fortia quaeque pati subigunt, patriaeque sibique
Commoda, divitias, vitamque parare beatam.
Quidni, si modus? instandum est, ac semper eundum;
Sed non ut recti liceat contemnere fines,
Fas miscere nefasque, impune refigere quotquot
Fixerunt leges natura, hominesque, Deusque.

Mirificum artis opus divina Pallade dignum est
Machina, quam finxit vir abhinc centum Anglicus
[(1) annos :
Fervet supposito igne calens undantis aheni
Circum claustra latex, iaciturque volatilis humor.
Bacchantem fovet arca prior, dein altera captat,
Antliae et alterna biforis vice trudit in alvum : (2)
Actus agens pressusque premens furit embolus intus
Quo impulsu moles, geminae duce tramite lamnae,
Fertur humi, currusque volans rapit ocyor euris,
Inspectura novos populos, sata pinguia et urbes.
Impete sed nimio rota dente relicta tenaci
Si exeat (heu tantam Superi prohibete ruinam)
Tum vero aut scopuli ima petens violenta fatiscit,
Altus vel fremitu horrisono qua defluit amnis
Volvitur in praeceps, disiectaque fragmina late
Strident, attritis sanguis pluit undique membris,
Femineoque virum mistus ferit aethera clamor.
Haud humana secus currit gens ; legibus aequi
Dummodo tendat iter, sua sit reverentia recto,
Prout licet in terris, felicia saecula condit ;
Pax redit, unus amor cunctis, discordia cedit
Infernis excita locis, remeatque sub umbras.
At si forte sacrae excutiat moderamina legis
Quid scelerum non perficiet ? quid linquere inausum
Iam poterit ? sine more furet lymphata per urbes,

(1) Giacomo Watt Scozzese.
(2) Macchina a vapore a doppio effetto inventata da Watt ed applicata alla Locomotiva da Giorgio Stephenson altro Inglese che inventò anche le rotaie.

Fraterno et totam incestabit sanguine terram.
Impia ad arma ciet populos effrena superbos
Libertas, furiale malum, iuga ferre potentis
Indociles domini, templumque thronumque paratos
Vertere. Ficta loquor ? mihi tellus Itala testis,
Testis Iber, flavique minax gens accola Rheni,
Civili et toties exundans sequana caede.
Namque tuos ego quî possim exaequare labores,
Urbs quae Riphaeis late dominaris in arvis ?
Tune urbs illa Petri (1) felix ? pulcherrima rerum
Quae fueras, perculsa metu nunc plena tumultu
Aetna vel Inarime nova fis imposta Typhaeo,
Unde tremor terris, displosus et ignis in auras
Cum tonitru erumpit verrens hominesque domosque.
Non semel elapsus, Caesar, (2) per tela per hostes
Heu, miserande, cadis flagranti fulmine, nec te
Victrices bello innumerae texere catervae,
Nil prolata iuvat terraque marique potestas.
Nec pariter moriture (sinistra haec omina venti
Discerpant) miseri Patris tibi proderit, Haeres.
Coniurata etenim generi non parcere regum
Gens te inimica petit, veluti circumfluus aër
Nulli visa, minis nec regia tecta carebunt,
Non igni, nec gorgoneis tibi mensa venenis.
Heu durum genus, heu nunquam satiata libido
Caedis! Quid petitis ? quae mentem insania turbat ?,

(1) Pietroburgo.
(2) Alessandro II Nikolajewitch Imperatore di Russia assassinato con una bomba nelle vie di Pietroburgo nel 1881.

» Dicimur a nihilo, (1) in nihilum dum regna residant
» Non mora, non requies, nostro dum fulmine adacti
» Quotquot erunt apices fundo volvăntur in imo.
Haec illi iactant, peragentque incoepta, voluntas
Ferrea quippe ipsis, errans nec dextera Mucì.
Abscindas? sectis audentior hydra colubris
Fient, usque recens capitum seges horrĭda surget.
Pervigiles? modo centimanum de more gigantum
Qui furerent, serpens veluti insidiosa, latebunt.
Daemonas humanam credas sumpsisse figuram.
 Immeriti luitis patrum commissane, an ipsi
Commisistis idem, meritosque accincta flagello
Appetit ira Dei? tandem resipiscite, reges.
Discite iustitiam moniti, iam discere tempus.
Praestat at occultas vatem recludere causas,
Quî factum, huc rerum per quae divortia ventum,
Saecla ut mole sua nutent lapsumque minentur?
Prima haec: per quae quis peccat plectatur oportet.
Namque sacer generi cruor hunc innoxius urget,
Hunc pia gens exul gelidis enecta sub arctis,
Fasque omne absuptum, et verbis data dextera fictis.
Quid populi faciant audent cum talia reges?
Dogmata praeterea quae, ipsa indignante cathedra,
Otia dum exleges agitant secura tyranni,
Turba magistrorum plenis crepat impĭa buccis,
Causa mali tanti; populus sua iura tuetur,
Nullus apex, nulli proceres, sors omnibus aequa,

(1) Vedi l'Inno dei Nichilisti: *Noi siam come l'aria che tutto circonda.*

Humano nullum generi cum Numine foedus,
Effutire sophos audis, damnosus at error
Doctrinae specie iuvenes deludit hiantes;
Nec sat, sortilegis oracula reddita Delphis
Publica contendit per didere pagina vulgus.
Inde subit virus; plebis fera corda cupido
Queis caret alterius regnique reique lacessit;
Nec minus insanit quam quos agit improba ventris
Ira, lupi, inter oves; illi laniantque trahuntque
Non montana prius cessuri in lustra, necatis
Quam cunctis avidas satiarint sanguine fauces.
  Nullane spes lapso tandem fuat affore saeclo
Otia? consilia in melius ni est apta referre
Mens hominum (quid nostra etenim prudentia possit
Iam satis ac super experti) nonne ulla iuvamen
Cura Dei feret, humanos miserata labores?
O qui cuncta potes venias, Pater ipse, precamur;
Tu columen, tu sola salus: si sanguine nostra
Parta tibi gens est cordi, miserere tuorum,
Ipse fer, Auctor, opem, afflictis nec defice rebus.
Adsis, o bone, neu te oculis mortalibus offer,
Qualis equo insidens ignito fulminat ense
Quadrupedante terens bellator calce profanos;
Fune vel intorto, flammata percitus ira
Ipse manu pellis temerantem templa catervam;
Verum qualis eras vigili quo tempore somno
Excitus aspexti bacchantes aequore fluctus,
Continuo at posuere noti, siluere procellae.
Fallimur? an, propiore Deo, iam Numinis index
Aura levi coepit frontem perflare susurro?

Sic est: per tenebras manifesto in lumine cerno
Adventare Virum, ac insistere tibridis arces
Unde dabat populis gens romula iura subactis.
Corporis humana quantum est augustior illi
Forma! gerit comptos galilaeo more capillos;
Flavus honos mento, gravis obtutusque, sonans vox
Haud mortale; Deus, linguis, Deus ille, favete.
Pronus humi, flexoque recumbat poplite quisquis
Conscius est sceleris, veritus nec temnere divos.
Hoc modo: res nondum acta, licet sperare salutem.
Tristior inde oculis totum circumspicit orbem
Arduus, et placido, ut quondam, sic incipit ore:
« Pax, fratres, (nam compellem ut vos nomine tali
» Vestra facit mihi sumpta ultro natura, Deoque
» Addita) pax vobis, at ea est quae incognita terris.
» Quo ruitis? quorsumque viae malus abripit error?
» Siccine ego fortunatam praestantia vitam
» Quaerere, et hac fieri docui ratione beatos?
» Exemplum legemque dedi quo tramite certo
» Coeli adeunda forent aegris mortalibus astra.
» Nec minus in terris mea iussa sequentibus otî
» Pollicitus, quum molle iugum fore, tanta laboris
» Ipse daturus eram nostra virtute, spopondi,
» Praemia! sed revocate gradum; non spernere voces
» Una salus, et nostra sequi vestigia lapsis.
» Fallitur adversis pugnantia frontibus ille
» Autumat humanae quisquis rationis acumen
» Divinamque Fidem: superi non absona poscunt.
» Vertitur in tenebras auctum si lumine lumen,
» Aut dum vela damus, quamvis sit remige tuta

» Per vada salsa ratis tamen hoc si segnior ibit,
» Pugnabit Fidei Ratio - Si patria coelum,
» Linquenda et tellus, quid adhuc conamine vano
» Magna auctura famem petitis compendia terris?
» Quidve voluptatis mala gaudia turpis, egentes
» Longe aliis, immortalem haud implentia mentem?
» Quid cupitis morituri hominum curare triumphos?
» Nec pudet idcirco furiis vexare penates
» Aut inferre faces, foedare aut sanguine dextras?
» Quanto animi melius pugnando prava cupido
» Vincitur! Hunc domuisse hostem pars maxima [regni,
» Hac iter ad coelum, hac eritis mercede beati.
» Durate et vosmet rebus servate supernis,
» Quot cives inter tot erunt ubi sidera reges.
» Haec responsa imis homines nisi fixa medullis
» Servent, quoque Dei ducunt nisi iussa sequantur,
» Heu frustra optatos certent contingere portus,
» Pax sit ubi nulla classem vexante procella.
» Haec evangelicae documenta salubria legis
» Vis vehat electri, vis igne excita vaporis,
» Non charthae sileant, vibrans quoque lamina [vulget,
» Fulgidus eois qua sol exurgit ab undis,
» Qua caput abscondit, qua Auster desaevit et Arctos.
» Accepta hac tandem mitescent saecula lege. »
Sic ait, et rutila fultus petit aethera nube,
Quaque redit longo visa est albescere tractu
Pars coeli: saepe ut sextili mense videmus
Sidere flammato noctis proscindier umbram.

VIRGO DRACONIS VICTRIX

Inimicitias ponam inter te et mulierem
GEN.


Vos ubi prima Patris fovit iam cura superni,
Alma sub aurato nituit cum lumine tellus
Vere novo, tepidisque virens ager horruit auris,
Adferor, o prisci nostrum genus unde Parentes;
Regna beata iuvat dulcesque revisere cunas.
At non vestra procul meditor discordibus armis
Carmine quae innocuas aluerunt gaudia mentes,
Irrita quae aeternum nimium cita dispulit hora!
Heu cur abruptis video turbata procellis
Lumine quae tanto risere nitentia coeli
Convexa, et tetra miror circumdata nocte?
Verum quis vobis fuerit status, aethere postquam
Disiecit nubes aurora, diemque reduxit
Mente agitare libet. Siluit vox missa per auras
Infandum patri sobolique minata ruinam:
Haud mora per tenebras Virgo coelo astitit alto.
Qualis erat! candore genas afflata rubentes,
Tempora bissenis redimita micantibus astris
Sole recens orto niveos induxerat artus,
Presserat et niveo serae pede cornua Phoebes.
Protinus hic rapidis fidissima nuncia veri
Aera per liquidum volitans Spes tollitur alis
Aurea saecla canens mutataque foedera mundo,

Pacatasque animis memorat coelestibus iras.
Tunc lacrymis caruere genae, depulsus et acer
Corde dolor, felix vestras cum venit ad aures
Nuncius, humanae patres ab origine gentis.
Ecce autem nebula fultus positisque sagittis
Monstrum torva tuens, auctorem quippe malorum,
Flammata Omnipotens fatis sic ora resolvit:
Heu stirpem invisam, iussa heu rescindere nostra
Audacem, Edenisque hominem detrudere regnis:
Insidias, versute, lues, aeternaque bella
Teque tuosque manent, vestris nec cernitur aetas
Exitiis positura modum, miserata labores.
Hoc tibi, Iesseûm Virgo sata sanguine regum,
Do proprium: tibi fas impune odisse, furentem
Vesana rabie squamisque adstantibus hydrum.
« His ego nec metas odiis nec tempora pono »
Tuque, o Virgo, odiis haud exsaturata quiesces.
Tempus quin veniet, sancto quum Flamine Natum
Parturies enixa gravis: divina propago,
Imperium sine fine; probrosa hic vincula rumpet.
Olli sub pedibus nequicquam advertere morsus
Conatus saniem et spumas aget ore cruentas,
Illisoque cadet cervix elata cerebro.
  Dixerat: illa nova ridens in luce refulsit,
Ter dulces toto sonuerunt aethere cantus.
Hic vero immanis, visu mirabile, serpens
Quem super ingenti exitio miseraque ruina
Ira coquit euraeque vorant, insibilat horrendum
Ardens virgineum decus obtenebrare veneno:
Numine tuta Dei raptim fugit illa per auras.

Exin hic toto aligeros concurrere coelo
Mille vides, glomerantque acies ac praelia miscent.
Hinc inimica phalanx inferna ab sede profecta,
Fertque potens illinc superorum exercitus arma.
Cedere iamque loco, iam findi cernitur hostis,
Scindit se coelum, totumque fragore remugit,
Et colubrum et socios rapit ima in tartara vortex.
Victrix utque cohors volitans se ex caede recepit
Indice laetitiae demulcet sidera cantu,
Altera bella canens simili cessura triumpho.
« Quid tanto circum fremuerunt murmure gentes, (1)
» Quid rerum populi meditantur inanibus ausis?
» In Christum inque Deum coeunt in foedera reges,
» Infensique parant rescindere regna tonantis:
» Vincla invisa teramus (vox haec omnibus una)
» Sceptra cadant, regnum in cinerem pereatque re—[dactum.
» Audiet insanos Pater et cervice vetustos
» Omnipotens quassans crines et flammeus ira
» Tempora, non tonitru absimiles dat pectore voces:
» Quo ruitis, quorsumque pedem vos fertis iniqui?
» Comprimite hinc gressum; iuga sacra Sionis ahena
» Sede mihi nam rex servat, perituraque nunquam
» Sceptra gerit, fato maiorem et fronte coronam.
» Haec compar mea Progenies, haec gentibus olim
» Iura dabit, magna e stygio feret hoste tropaea,
» Victrixque extremas extendet nomen in oras,
» Quaque dies radiis afflat fulgentibus orbem

(1) Ps. II.

» Primus, quaque occiduus caput aequore tingit.
» Quo furor ergo, viri, caecus mentem abripit? ausis
» Parcite nil profecturis, fas cernite reges,
» Supplicibusque Deo Cretum vicisse Parente
» Nunc opus est votis; citior dum fulgure saevit,
» Neu quisquam moneat dextra petiisse rebelle. »




AD
LUCIDUM M. PAROCCHIUM ARCHIEP. BONON.
CARDINALITIA DIGNITATE
Anno MDCCCLXXVII
A PIO IX EXORNATVM

CARMEN.

Ut solet e parvo fluvialis consita ripae,
Semine propter aquam sese felicibus arbos
Tollere humo ramis, toto quò denique cöelo
Transvectae laeta volucres coiere sub umbra;
Radices egit totum haud secus alma per orbem
Ac visa ingenti ramorum amplectier umbra,
Effetis ex quo Solymae caput extulit arvis,
Relligio: huc omnes longinquis orbis ab oris
Adventare sua populos iam sponte videres,
Et quos dives alit rutilantibus India gemmis
Eoique Arabes, atro gens horrida vultu
Aethiopum, Parthusque ferox, quosque educat asper
Caucasus, assyriique bibunt qui tigridis undam,
Sauromataeque feri, nec non gens accola magnae
Hesperiae, et quotquot gremio gerit Itala tellus
Deseruere domos veterum delubra deorum
Veri et sacra Dei idolis coluere relictis.

Quî factum, quibus haec homines sint viribus ausi
Omnia iam vulgata, moror nec singula, nec mens
Tot portenta sequi, genus unde exordia nostrum
Accepit, regale genus, coelestis origo,
Ausonidumque decus. Sineret dolor ipse referrem
Quo tu, Petre, modo nostras adveneris oras,
Intulerisque fidem romanis arcibus ausu
Magnanimo, ingrederer laudis monumenta vetustae,
Aurea quo Italiae coeperunt tempore saecla.
At nimis heu! mores gens nostra oblita priorum,
Degeneresque animi nequidquam carmina suadent,
Talia sed moestos repetenti effundere fletus.
Nonne vides Fidei sparsit qua semina Petrus
Ut totis turbetur agris? ubi laeta vigebat
Christiadum seges, et pingues ubi flamine aristae
Leni horrescebant, velut acta aquilone procella
Undique fusa ruit: nostrisque ex urbibus errat
Saeva hominum manus usque adeo, totumque peragrat
Omne nefas molita solum, ac sacra pascua miscet
Pro dolor! ipsa Fides patriis de finibus exul
Praepetibus volitans alio trans aethera pennis
Ad terras properare parat sub sole iacentes.
Nec mora, festinant alacres rapidique feruntur
Gressibus, et certant maturos stringere culmos
Messores, falcem ac flavis supponere aristis.
Tempore non alio tantus regionibus illis
Relligionis amor, veri nec tanta cupido.
At tibi nostra, Pater, cordi; te cura momordit
Prospicere Italiae ac rebus succurrere lapsis;
Gens inimica furens quamvis sine more catenas

Innectat, Pie magne, animum sub pectore versas
Invictum, memoremque tui, vincla inter, ovilis.
Te mittente novus campo se audentius infert
Agricola, infelix lolium divellere sollers
Pinguiaque effossis committere semina sulcis.
Ipsa experta recens parvi tua munera Rheni
Aggere ab herboso solvit tibi Felsina grates
Laetitia exultans tantum modo nacta Magistrum;
Flagrantem pietate Virum, quem numine multo
Palladis afflatum, linguaeque operisque potentem
Eximit ereptum vulgaribus aura catervis.
Expectate, veni, tyrioque insignis amictu
Ingredere, o decus, o laudis pars maxima nostrae.
Macte, Parocchi, animo, et magnis assuesce triumphis.
Omnipotens meliora dabit. Post nubila Phoebus
O utinam extremo remeans e littore, eodem
Unanimes videat coniunctos foedere, toto
Flammea quot lustrat divisos orbita mundo.



GRATULATIONES

Novensilibus Tribus Episcopis e Clero Bononiensi

AD

Lucidum M. Parocchium Card. Archiep. Bonon.

An. MDCCCLXXIX

Lucide, romanos inter quem purpura Patres
  Doctrina aut potius plurima iure locat;
Felsineos efferre viros ne sperne quod optem
  Et decus in tantis pontificale viris.
Nonne tibi hoc ipsum est laudi? clara ista merenti
  Nonne triplex sponsae est addita gemma tuae?
Laetare aucta novo generosa Bononia honore,
  Laetare et tanta prole superba parens.
Tu Agricolae reficis, veluti viridaria, plantas
  Quas pingui ille suo sidere mandet humo.
Hoc tibi iam proprium, frutices praebente feraces
  Te, gaudet vineae consuluisse Leo.

FRANCISCO BATTAGLINIO

Ariminensium Episcopo

Est tibi mens vero data coelitus apta tuendo
  Aliti ut in solem lumina fixa Iovis.
Tempore non nullo hoc doctis evolvere chartis
  Collustrare animos hoc tibi cura fuit.

Unde virum defert celebrem te fama per ora,
  Dicentque ingenium saecula longa tuum.
Pectora quiñ etiam coelo delapsus ab alto,
  Grandia qui suadet, fervidus urit amor.
Alma nitet nocuae virtus impervia linguae,
  Vitaque dente minus carpitur invidiae.
Quid mirum fulges si tali insignis honore?
  Praemia pro meritis dat tibi magna Leo.

ACHILLI MANARAE

Anconitanorum Episcopo

Eximium pietate Virum, nec laude secundum
  Ullis ingenii, moribus et placidum
Pluribus intentum studiis sacra septa fovebant,
  Expers nec magni vita laboris erat.
Namque olli templi decus et pia munia cordi,
  Maiorum ritus cura fovere fuit.
Digna erat ast oculis haec abdita vita profanis
  Praemia quae caperet parta labore diu.
Quippe Deus superas solet ipse efferre sub auras
  Quos humili virtus callida veste tegit.
Praeficit ergo, Ancon, meritum tibi magnus Achillem
  Quam bene dignoscens acta virosque Leo.

CAIETANO RATTAE


Termessi Episcopo

Nec tu, Caietane, mihi illaudatus abibis
  Inter sacricolas gloria tanta viros.
Temporibus Tu multa, rati, perpessus iniquis
  Felsineae invicto cum Sene vela dabas.
Doctrina insignem, tanta probitate verendum
  Mirabar quod adhuc infula deficeret.
Prodit, io, votis parens lux alma, Petronî
  Aedes festivo personat alta sono.
Vota facit populus trino cum Antistite supplex,
  Ecce tibi illapso Flamine corda calent.
Macte animo, validoque adsis pro remige Nautae,
  Namque dedit prudens id tibi posse Leo.

AD
FRANCISCUM BATTAGLINIUM ARCHIEP. BONON.
A
LEONE XIII

Anno MDCCCLXXXV.

In purpuratorum Patrum Senatum adlectum



IDYLLIUM.

  Purpureo, Pater alme, tuam praesignis amictu
O magnis merite ingreditor virtutibus urbem.
Non veluti intrabant devictis hostibus olim

Moenia, perfractis flagranti fulmine portis
Saeva duces saevumque daturi iura tyrannum,
Intras, pacifera frontem sed vinctus oliva
(Pugnacis quamvis nomen tibi praeferat omen)
Bella fugis, pacisque studes imponere morem.
Adiungi sibi te quanto properavit amore,
Tanto ardens studio tibi brachia Felsina pandit.
O magnis merite, ingreditor, virtutibus ostrum.
Aspice ducentes laetas sua pignora matres:
Ipse vocas: pueri, ad mea septa venite volentes,
Vos et alam dictis coelestibus atque linibo
Frontem addens dignas generoso milite vires.
Signa haec clara videns perterritus hostis abibit,
Sive quis incautis fallacia ponere tendat
Retia, sive paret certas torquere sagittas.
O magnis, merite, ingreditor, virtutibus ostrum.
Sic intras denso stipantibus agmine turmis
Qualis Iudeae divinus rura Magister
Lustrabat, vel qualis ovans solimaea revisit
Moenia; certatim clamantibus omnibus, euge!
Tu facilis nec pannosum fastidis egenum,
Et si quid quis peccavit miserescis, id unum
Mente tuens omnes ut opima ad pascua ducas.
O magnis merite, ingreditor, virtutibus ostrum.
Quin et oves errore viae per lustra vagantes
Quaeris et inventas pergratum onus accipis armo.
Pastorale pedum gestas quo pervigil agnos
Tutaris, rabidasque feras praesepibus arces.
Praestas ingenio exitium meditante luporum
Per tenebras qui pacato insidiantur ovili;

Nec sat, sed vulpes hominum sub pelle latentes,
Maius opus, retegis, deducere quae male certant
Herbosisque gregem pratis et fonte salubri.
O magnis merite, ingreditor, virtutibus ostrum.
Purpurea cernens populus te in veste nitentem,
Pastor, ait, viden? (est nam purpura sanguinis index)
Fundere pro grege non timidus cum sanguine vitam.
O tibi, mater, adhuc, infit, si vita maneret,
Qualia, viso hoc tentarent tibi gaudia pectus!
Forsan ades delapsa polo, nulloque vidente
Nobiscum Nati gaudes spectare triumphum;
Et matris de more, tuaeque nec immemor artis
Alloqueris Natum: « Frustra non, Nate, potestas
» Tanta tibi, ast in multorum collata levamen.
» Quos alii monitus dederint summusve magister
» Scire mea haud refert, quod oves, puta, praeda luporum,
» Quod prudens coluber simplexque imitanda columba est.
» Longe alia, o Fili, tenerae sunt vota Parentis:
» Ut sit opus rubram sordescere pulvere vestem,
» Fer, Nate, auxilium miseris, quibus hoste periclum
» Cum forti extremum, verbisque potentibus illos
» Confirmans releva; inprimis id, Nate, memento.
» Arte mihi hac meritus romanum diceris ostrum.



AD CAIETANUM GOLFIERIUM

CLARISSIMUM POETAM BONONIENSEM

Quum annum L a suscepto Sacerdotio expleret.

Caietane, novem dilecte Sororibus, idemque
Intonsi merito haud cura secunda Dei,
Te semper coluit, vatem te Felsina alumnum,
Te monstrant digito femina virque suo.
Ut cycni, postquam iam grandior affuit aetas,
Dicitur amnicolae dulcior esse sonus,
Nobiliore senex resonas dum carmine Rheni
Ripas, bis cycnus diceris, ore, comis.
Id tibi praeterea ingenium, te forte lacessat
Si quis Aristaeus, Protea victus agis:
Nexus ut illo nisi non compede fata canebat,
Detentus (1) plectro sic meliore canis,
Sive Deum, coeli tractus cum tendis in altos,
Egregios tollis carmine sive viros.
Grandia fers veras meritorum praemia laudes,
Quae facile in quo sint cetera deesse sinam.
Ast aliud maius mirata Bononia, dotes
Hac reliquas meminit vix veniente die.

(1) Mos est primoribus Bononiae Familiis patrium Poetam mensae suae frequenter adhibere, sed non nisi prius extorto verius quam impetrato certo versuum numero, accumbere.

Numinis, hoc unum meminit, te quippe ministrum,
  Servatumque boni gestit ope esse Dei.
Lustra decem tibi laetatur sine labe peracta,
  Ex quo dextra sacris primum operata tua est.
Sis felix semper, temnas nec patria pro te
  Vota libens quae hodie vix numeranda facit.
Vera tegis verbo pulchra ceu veste *Poeta;*
  Maius at hoc Verbum quod dape *Mysta* tegis.

P. AUGUSTINO A MONTE FELTRIO

Viro disertissimo.

Ut certo refluus sitientes tempore Nilus
  Pingui aegyptiacas proluit imbre plagas,
Eloquii sic rore tui, Augustine, salubri
  Christiadum saturans arida corda rigas.
Spiritus intus alit lapsus tibi pectora coelo,
  Et verba unde salus ipso agitante fluunt.
Te quippe humanae anteeunt duo lumina mentis
  Hinc ratio, socia hinc arma secuta Fides.
Oblectas, pulchra quo captus imagine sensus
  Arripit et rectum mente recondit avens.
Crede mihi, haec sedet unanimis sententia cunctis:
  Causa est cordi, horres qui sua seque crepant.
Nam Demostheneo contorquens spicula nervo
  Non alia populum tu ratione trahis.

Non alius rapuit tantas ad templa catervas,
  Nunquam tam suadas hausimus aure preces.
Ut tenuit Paulus doctas animosus Athenas,
  Est vox Felsineis sic tua grata viris.
Deerrantes avidis homines complecteris ulnis,
  Utque lucrere Deo dulcia vincla iacis:
« Nonne sumus fratres uno de Patre creati
  Quos nullo unanimes esse nocente decet?
» Caverat hoc Heros supera qui missus ab arce
  Vos fratres, inquit; fratribus unus amor.
» Felices gentes queis fulgent dogmata Christi,
  Lex recti cultus nuncia et illa Dei.
» Quid, genus humanum, possis hac arte relicta
  Subruta testantur saecula mole sua. »
Haec dicis, suadesque; nefas tibi cedit et error,
  Luce nova veluti nox veniente fugit.
Vive diu, linguaeque potens quate verbere gentes
  Quas arcta vinctas compede somnus habet.
Spes coeci incautos relevet prope limen abyssi,
  Quemque colis populis cura sit una Deus.

Bononiae An. 1885



DOMINICUS MONGIARDINIUS

appropinquante morte ferventior Deiparae cultor.

Qua maris Adriaci (1) est gelidas concursus ad undas,
  Incipit ut sicco fervere terra cane,
Augustum vario surgit de marmore templum
  Quod, nostri una salus, est tibi, Virgo, sacrum.
Virginis heic liquidis expressa coloribus icon
  Nectens divinam brachia poscit opem.
Saepius adventante oculos motasse periclo
  Certa fides: causa haec thure quod ara calet.
Huc, inter choreas alibi bacchante tumultu,
  Oratum auxilium fert pia turba pedem.
Te duce, Mongiardine Pater, te auctore quotannis
  Eius suppliciter venimus ante pedes.
Ast aliis mage te laetum non vidimus annis,
  Virgineo nuper quam properante Sacro (2).
Vidimus et rutilis oculis et hiante labello
  Te expectare bonam quam vehit hora diem,
Cum sacer Antistes (3) nostrum stipante caterva
  Invisurus erat te tua in Aede, Parens.
Invisit fuditque preces, oravimus omnes
  Cum lacrymis, absens nam, Pater, unus eras.

(1) Rimini, dove il Mongiardini conduceva ai bagni i suoi Convittori di Bologna.
(2) L'Assunziono di M. V. 1881
(3) Mons. Francesco Battaglini.

Absens aeternum crudeli morte futurus
  Dum cupis aetheria sidere quisse domo.
Durum si nobis, levius tibi cui bona mater
  Luce dedit coelum scandere posse sua (1).
Fortunate Pater regnis invecte supernis,
  At nos heu miseris ora rigamus aquis.

(1) Ammalò il giorno dell'Assunta e morì il giorno dell'Ottava.



			ERRATA		CORRIGE
Pag.	9 ital.	v. 77	— *Svollazzar*	—	Svolazzar
»	25 ital.	v. 344	— *e cui*	—	a cui
»	45	nota	— *pratica t*	—	praticati
»	53 ital.	v. 412	— *tredente*	—	tridente
»	61 lat.	v. 78	— *indulgeri*	—	indulgere

